

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Chronica, Liber VII - Cod. St. Blasien 18

Otto <Frisingensis>

[St. Blasien], [2. Hälfte des 18. Jahrh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-48816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-48816)

J. Blausen 18

Monis ...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...



[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, continuing from the adjacent page.]

Othonis Episcopi Trifingensis.

Defuncto Salerni beato memoris summo pontifice Gregorio, ecclesiamque in summo discrimine posita, eo quod Guibertus auctoritate ^{erat} ~~imp~~ Romanam sedem et urbem cum suis, abbatem Casinensem Cardinalem Desiderium, qui et Victor III. invitum quidam de Romanis ad calmen summi sacerdotii trahunt, corruptisque pecunia Leoninae urbis custodibus, ob metum schismatis, nocte consecrandum in ecclesiam B. Petri induunt. ubi profluvio ventris corruptus, moxque urbem egressus, rebus humanis in brevi excipit, ac Ottoni Ottonensi episcopo, qui et Urbanus II. ecclesiae regimen reliquit. Berth. a. 1088.

Caput II.

De expeditione Hierosolymitana sub Urbano, exitu progressuque ipsorum, ac captione Antiochiae. A. 1095. 3.

En tempore regnante adhuc Henrico III. Romae, Constantinopoli Alexio, ubique terrarum iuxta Evangelium gens contra gentem surrexit, orientalisque ecclesia gravem persecutionem a paganis passa fuit. Civitas etiam sancta a gentibus concutabatur, sepulchrum tantum Domini absque quibus sum luxur et gratia in magna veneratione habebatur. Itaque Christiani, qui miserabiliter ibi sub tributo vivebant, simul cum Alexio Constantinopolitano imperatore missis ad Urbanum papam epistolis auxilium flagitabant. Qui super afflictione populi Dei commotus laborioso itinere in Galliam profectus est, habitaque ibi concilio verbo sancte predicationis victricentum milia hominum ex diversis

Cap. I. De electione Victoris, consecrationeque eius ac morte. A. 1087.

1. Quo hic et Princeps christo charactere expressa sunt, abbas habendum in edito notissimo, quem littera U. Vin. Dobonense autem indicem littera V. notamus. a. it. pauci. in. septem. 2. b. pauci. 3. c. scriptum.

2. Lib. post 4. menses et 7. dies peracta consecratione. Vid. Berth. Const.

3. Vid. Bertholdus ad an. 1096. ubi et Sigebertus Gemblacensis d. II.

d. e. motus via

3. Claromontano a. 1095. mense Novembri. Lub. cons. 3.

nationibus in militiam Christi condempnit,
perfectis sibi Lucibus Gotthefrido Lo-
tharingensi, Ruoberto Flandrensi, Re-
gimundo comite de S. Egidio, Hugone
fratre Philippi regis Gallis, aliisque no-
bilibus et viris bellatoribus, quorum om-
nium curam venerabili Radouensi episcopo
commisit. Hic fama commovit diversos
populos et ignotos, scilicet ex Aquitania
obique Normannia, Anglia, Scotia, Sti-
bernia, Britannia, Galitia, Gasconia, Gal-
lia, Flandria, Lothuringia, ceterosque
populos non solum terram sed et insulas
maris ac ultimam oceanum inhabitantes,
e quibus quosdam ignotos et linguarum
et operibus visis sunt gentes, ut
alii pane et aqua, alii pro omnibus uten-
silibus argento uti dicebantur. Hi omnes
ex diversis nationibus et linguis in unum
corpus adunati, crucem in vestibus por-
tantes, crucis Christi discipulos verba et
opere se fore predicabant, ac crucis vir-
tute confisi contra inimicos crucis in
Domino dimicaturi ita Gotthefrido Duce
in orientem aggrediuntur. Verum Ori-
entales Francos, Saxones, Turingios, Ruso-
arios et Alemanos propter schisma,
quod eo tempore inter regnum et sacerdo-
tium fuit, hinc expeditio minus permovit.
Fuisse tamen quosdam ex eis, qui falso spe
religionis eandem militiam aggesserunt,
inter quos Emicho quidam comes de partibus
Aheni, de Liningen, usurpans sibi Duce-
tum fere XII. milibus, duobus ubique re-
perit, vel debere vel eu lepore incorporare
sudebat. In Lannonia itaque incotis trans-
itum in arctis locis prohibentibus ad pro-
pria redire coguntur. At Gotthefridus
et ceteri redominati Duce Deo propitio
Bulgaria quamvis difficulter permeata

et Raimundus nempe comes Tolosanus,
Radouensis vero episcopus erat Raimundus
quorum aliqua gesta describit. Radouensis
Dolensis archiepiscopus in Hist. Hierosol.
et Raimundus de Thibet, qui ipse huius
expeditioni interfuit in Hist. Hierosol.
(Bonquet gesta dei per Francos p. 88.
et 129).

u
u. Burgundia

u. d. tunc

u.
u. d. tunc

u.
u. d. tunc

e. u. d. tunc In editis nonnullis comitatibus conspici-
vi. d. annalibus Saxo et chronicon ur-
spragense ad h. a.

ad Turrim Babel ex lentia. Ipsa autem,
quae inhabitatur et Baldach vocatur,
maxima est et populosa, et cum de in-
teris Tebeatis esse Persarum, summo sa-
cerdote suo, quem ipsi lat. ph. dicunt, a
regibus Persarum conceperat, ut eorum
quoddam habitudo, sicut sepe iam dictum
est, inter Babyloniā et Romam thueat,
quia quod hic a Christiano imperatore
summo nostro pontifici in urbe Roma tra-
ditum est, hoc ibi a paganis Persarum re-
gibus, quibus longo tempore Babylonia sub-
iacta, eorum summo sacerdoti indultum est.
Ipsi vero Persarum reges, sicut et nostri ur-
bem regiam, velut Aquisgranii, Exbaloni,
quam arphanat in libro Iudith fundare
legitur, lingua eorum Hani dictam, centum
vel amplius, ut volunt, pugnatorem milia
habentem sedem regni sui constituunt,
nil sibi de Babylone potest nomen imperii
reservantes. Porro ea, quae non vulgo
ut dixi, Babylonia vocatur, non super
Euphraten, ut illi putant, sed super Ni-
lum circiter sex (dictas) ab Alexandria
posita est, ipsaque est Memphis a Cambise
filio Cyri olim Babylonia vocata: et ibi
rex Aegyptiorum, quamvis caput regni sui
Alexandria sit, propter ortum balsami
morari dicitur. Quod etiam ex hoc perpen-
di potest, quia cum in utraque Christiani &
sub tributo maneat urbe, Memphicorum &
episcopus Alexandrino patriarchae suo ec-
clesiastico subditus est. quem non Aeg-
tius seu Babyloniis, sed Aegyptius et Africanis
ex prima institutione et Nivi concilii
auctoritate prolatum fuisse invenimus.

Caput IV.

Item legatio Gotsfridi ad regem Babylonicum,

non longo

III. Egbatuni

c. Deest

d. U.
E. hortum

e. Deest
f. Memphicorum

fraus Sarraceni, afflictio populi Dei,
victoriaque subsequens, et post famem:
expugnantio urbis Ierusalem. A. 1099.

A. 1099.

Ol. Fer. 2.

3

Itaque pro fatis regis legatis Duci Gothefrido
presentatis, lectissimi proceres Francorum
si sic erunt omnes occidentales populos
ob antiquam gentis illius dignitatem, ut
iusto, et virtutem orientales appellare so-
lent: Babiloniam destinantur. Barbari
ergo fortitudinem, proceritatem, habitum,
incensum, elegantiam virorum mirantes, eos
Deos esse, non homines affirmabant. Proinde
habito consilio Babiloniorum rex Suetis
secum Francorum legatis Ierusalem obsedit,
profectosque heroes in medium produens
secum eis foederatum dicit: et sic eorum
potius quam suo terrore civitate in debili-
tatem accepta Turis expulsi Sarracenos
ibi locavit. Inter hoc Christiani capta,
ut diximus Antiochia, Dominum non digne
glorificantes tanta Sarracenorum multi-
tudine eriguntur, ut priorem ubertatem
tam intolerabilis sequeretur famem, quod et
ab humanis carnibus vix abstinerent.
Itaque contritionem populi sui misericors
Dominus clementer animadvertens ac intuitu
gentis suae considerans, laqueam sacram, qua
Christi filii sui latus in passione perforatum
legitur, usque ad id tempus incognitam
superna revelatione fidelibus suis mon-
stravit: cuius fiducia Christiani, quamvis
fame attenuati, egressi Sarracenos non
sua sed Christi virtute fuderunt. Inde e-
Syciam profecti Barrem et. Carram urbes
ceperunt: ubi moram facientes tanta rursus
famis inopia narrantur afflicti, ut hu-
mana quoque corpora iam foetentia com-
ederent. Post contra civitatem sanctam
iam a Sarracenis inhabitatam aciem
dereliquit, quam obsidione clausam cum

~~Itaque~~

~~b. conatio~~

~~c. collocavit~~

~~d. d. d. d.~~

~~e. f. in~~

capere non possent, habito consilio humi-
 litatis magistrum invitantes nudis eam
 pedibus circumferunt. Igitur octava,
 id est ea, qua Divisio a populo cele-
 bratur, die civitas capitur, ac hostes qui
 ibidem reperi fuerunt, tanta strage edun-
 tur, ut in porticu Salomonis sanguis inter-
 fectorum nostris usque ad genua attingeret equorum. Et nota, quod Iudaei post
 humiliatum populum Dei precesque ad Deum
 suas octava die civitas sancta a gentibus
 conculeata a nostris obtinetur. Sicut enim
 Jericho sub observatione sabbathi a priori
 populo septima die, sic et hic a Christia-
 no populo octava, tanquam abolita lege
 ac sabbatho, resurrectionis die sequente Jeru-
 salem gyrata expugnatur. Ex hinc Jerusa-
 lem et sepulcrum Domini a nostris popu-
 lotur.

Capitulum V.

Dolus item Babilonici regis, victoria no-
strorum, reditus primatum, Iudaeorumque
fidei super eos, qui remanserunt.

A. 1099.

Porro Memphorum seu alexandrinorum
 rex, qui Babiloniarum ^b Armiratus
 peregrinis vocatur, apud Apatonem ma-
 rens, ^e duxque ^e frum Francorum legatos
 antiochiam eo quo et urbem ^{ta} paupers cu-
 plurus iter floxit. Christiani vero re-
 lictis in urbe furcibus et infirmis contra
 Sarracenos provinciam movent. Cumque
 infinitam hostium multitudinem conspe-
 xissent, fuis ad Deum precibus audacter
 eos cum paucissimis aggrediuntur. Et mirum
 dictu! Dei, qui omnia potest, virtutes cum
 quinque millibus equitum, et quinde-
 cim millibus peditum centum millia equi-
 tum et trecenta millia peditum terga
 vertere compellunt, ac spolia immensa di-
 ripiunt. Ceciderunt in eo proelio ex Sarra-
 cenis plusquam centum millia gladio,

1. Sen is. Iulii an. 1099, quod tu-
 men non Dominica erat, sed
 feria sexta.

Armiratus

dux

frum

paupers

Deum

immensa

proelio

Duo quoque^a mitti suffocata circa postum^a
 urbis narrantur; innumeri etiam submersi
 seu spiris obruti feruntur. Peracta
 vero victoria recessis ad propria primon-
 bus Gotthefridus Ducatum eorum, quiro-
 manserant, strenuissime tenuit. Hi etiam
 inter Francos, Romanos et Teutonicos,
 qui quibusdam amaris et invidiosis idcirco
 frequenter^b rixari solent, tanquam in ter-
 mino utriusque gentis nutritus, utrius-
 que lingua scius, medium se inter populos,
 ac ad commanendum multis modis in-
 formavit.

^a ~~et~~
^b ~~et~~

Capit VI.

Quomodo Urbanus sedem eiecit Guiberto recepit, ipse sequemotiens Paschali
 eam reliquit. A. 1099.

A. 1099.

Verum Urbanus a concilio Claremontensi
 regressus, auxilio eorum, quos ad Hiero-
 solymitanum iter^c accenderat, Guiber-
 tum ab urbe, excepto castro Crescentii,
 eiecit, sedemque propriam recepit.

^c ~~inter~~

Inde per Apuliam et Calabriam, Siciliam,
 quas tunc Normanni inhabitabant,
 regressus, pecuniam magnam collegit,
 sique ad Urbem regressus corruptis
 eis, qui castrum Crescentii servabant,
 muneribus, Guiberto tam castro quam
 urbe expulso libere tota restituit urbe.

^(a) Ipse vero non multo post rebus excedens
 humanis Paschali cathedram reliquit.

Capit VII.

De morte Gotthridi: et regno fratris sui
 Baldurini: De morte Guiberti schif-
 matici, Consudique imperatoris filii:
 De secunda Transmarina expeditione
 exituque eius, ac martyrio Thimo-
 nis episcopi. A. 1100.

A. 1100.

Urno ab incarnat. Dom. MC. Cum ex omni-
 bus mundi partibus ad Ierusalem forestem

Obit Urbanus II.
 a. 1099 die 29 Julii
 Basili II. electus
 die 13 Augusti postmodum
 ordinatus.
 Obit Urbanus II. a. 1099
 29 Jul. Paschalis II. die 13.
 Aug. electus

caelestis tyrum gerentem fideles ora-
tionis causa confluerent, cum tunc ex cor-
ruptione aeris morbis, quod theofridus quoque
gloriosissimus Dux in saepe morte post
unum Ducatus sui annum ruptus in ecclē-
sia iuxta sepulchrum Domini humatus:
eique Baldewinus frater eius aucto-
ritate summi pontificis regio nomine
sublimatus subrogatur. Signa vero
ac prodigia caelo terraque circa hunc
tempora visa sunt schisma regni quam
iter Hierosolymitanum portendunt
ab aliis profeta sufficiat.

Eo tempore Gibeetus moriens horribili
schismate tanquam densissimis Ogy-
pti tenebris finem in profuit.

Anno sequenti Conradus imperatoris
Henrici filius christianissimus, cui
pater Italiam commiserat, nono ex quo
a patre disceperat anno, immatura morte
proventus diem obiit, ac civitate Tuscia
Florentia honorifice sepultus est.

Eodem tempore Guillelmus comes Picta-
viensis et Dux Aquitanie, Thimo^{us} Duca-
viensis archiepiscopus, Quelfo Norvicorum
Dux, qui in guerra cum imperatore habita-

Frisingensem et Augustensem destruxit
urbes; Alia marchionissa Leopaldi mar-
chionis Orientalis mater; Guillelmus,
Stephanus Italici Barones cum multis
ex Italia, Aquitania, Germania, Hieroso-
lymam per Ungariam et Græciam persequit.
Quos Alexius imperator in arctis locis
fraudulenter expositos pene omnes crude-
liter extinxit, elegantioribus ex eis captis,
et Memphicorum regi seu ammiraldis
presentatis. 3

Comprehensus inter alios venerabilis iurisper-

1101

am

l. ad ca. 1.

Thimo Inveniensis

deest

De Alia Leopoldi III Austriae ma-
trone coniuge et L. Leopoldi matre
plura differunt L. Hieron. Bell. T. I.
Leopoldi scriptor. Austr. Dissert. VI.
Hanc a Luvicenis fuisse trucidatam
refert annalista Saxo et Wapery, ad
an. 1101. Vid. ead. annal. Austr.
T. I. p. 424. 435. 430. 440. et Annal.
Germ. T. VI. P. 1. p. 2. sup.

2. Ne quis post hoc addit:
quam historiam... excusatus
est; quo in nostro codice
habentur ad finem huius
capituli.

l. ad minibus

Thiemo, ut traditur, ad idololatricam a rege arguatur. Ille inducias petens fanum ingreſſus animi et corporis viribus robuſtiſſimus idola, quae adorare debuit, non deos ſed opera manuum eſſe ſcandens in fruſtra comminuit. Ob ea productus exquisitis ſupplicibus et tormentorum generibus affectus glorioſo martyrio coronatus eſt. Hanc hiftoriam miſericorditer ac luculenter in moderna traegodia quidam ex his, qui ſe eidem expeditioni intruſiſſe ſeſtatur, executus eſt.

Caput VIII.

De occiſione Sigehardi: inſepulchrisque malis inter regem Henricum et filium eius. Anno 1102 ſeq.

Anno ab incarnatione Domini MCIII. imperator Henricus Natalem Domini Maguntiae celebravit, ibique Henrico filio ſuo rege poſt ſe deſignato ſepulchrum Domini ſe viſitaturum publice denuntiavit, ac multos ex diverſis regni partibus ad idem accendit.

Anno deſiſſe proximo Natale Domini Ratisbonae ^{et} ~~agens~~ ^{acta ſeditio} Sigehardus comes a familia principum, qui miniſteriales dicuntur, eo quod iuſtitiam eorum infringere ſiceretur, occiſus eſt.

Anno ~~1103~~ ¹¹⁰⁴ ~~deſiſſe iterum~~ ſequente item ¹¹⁰⁴ Natale Domini Maguntiae celebrante ¹¹⁰⁴ imperatore ¹¹⁰⁴ celebrante, Henricus filius eius rebellionem contra patrem in Noriciſ partibus conſilio Theobaldi marchionis et Berengarii comitis ſub ſpecie religionis, eo quod pater eius a Romanis pontificibus excommunicatus eſſet, molitur: a ſiſtis ſibi quibusdam ex orientali Francia, Almania, Baioaria principibus, Saxoniam terram et partem a. 11. octa ſeditio

5
1104. Tradunt
1104. Sigehardus Ruchusanus comitibus ad ſer-
vitur a Calteſio Annal. eccl. Germ. T. 11. P. 1.
p. 21 ſeq. Annaliſta Saco ad unisey,
filius Frederici dicitur, patruelis Exbonis
principis de Corinthia.

1104. & ac

1104. hic comitibus in ſiſtis habetur ante An-
prohenſus. Poſt coronatus eſt ita proſe-
quitur editus uſuſi. "quod ob fidem
"Chriſti paſſus ſit, fidelisſima traditio habet,
"quod autem idola comminuit, ex hoc cre-
"dite difficile eſt, quia conſtat, univerſi-
"tatem Saracenorum uanis Dei cultum
"eſſe, librosque legis nec non et circum-
"ciſionem recipere, Chriſtum etiam et a-
"poſtolos et apoſtolicos viros non mi pro-
"bare. In hoc tantum a ſalute longi ope,
"quod Ieſum Chriſtum humano generi
"ſalutem afferentem Deum vel Dei filium
"negat, Mahometque ſeductorem: De
"quo ſupra dictum eſt, tamquam prophe-
"tam magnum summi Dei veneratur et
"colit. Cuius ſeductiois, ut ipſe mentitur,
"modificationis tunc apud eos traditur eſſe
"reconditum: Inſitum evangelii Mahomet
"filii Dei prophete altiſſimi: curam
"mundi eſtote. "quod proceſſum, predicta
"agens ſolide ſervans, ſeuctiores corporis
"partes quotidie abluere ſolet."
1104. celebrans
1104. a viſum publice denuntians multos.
1104. deest

1104. Imperator celebrante
1104. Atque tamen hoc ipſa leguntur in hiftoria
anonymi hic citata, quam integram
legere eſt apud Haſſelium German.
Saco T. 11. p. 196. Unde quae in noſtro codice
deſunt, ab alio adſuta videntur. Paſſus
eſt S. Thiemo ſeu Theodorus an. 1101
die 20. Sept.
1104. Sigfr. Sigfr. Sigfr.

[Marginal notes in Latin script, partially illegible]

contra regnum^a facile animandam inge-
 ditur. ubi honorifice susceptus, ac Pa-
 sche Domini Quindelinburg manens, uni-
 versos gentis illius primates ad vo-
 luntatem suam inclinavit, habitoque
 in villa regia Northusen episcoporum
 conventu, presidente Rothardo Magun-
tinenf archiepiscopo, qui a sede prope-
 iam per multum temporis ab imperatore
pulsus fuerat, simoniam aliaque Roma-
 no calesio contraria damnavit, ac post
 Pentecosten Martianopolis (Merseburg)
 ferians Henricum Magdeburgensem ele-
 ctum, sed a patris Th. Delibus repulsam
 consecrari fecit. Inde collecto milite Ra-
 quentiam archiepiscopo non restitutus
 iter sedit: sed patre cum multis adven-
 tum eius armata manu infra muros
prostante, quod voluit ad effectum
perducere non potuit. Dehinc Herbi-
polim petens, Erlongo eicito Robertum
 eidem profecit calesio. Quo peracto Simipis
Saxonibus, cum Baioanis castrum No-
vicum ^{vv} obfusione cingit, ipsoque per duos
 vel amplius menses expugnato Rechtis-
ponam Novici Imatus metropolim
 adit. quem pater e vestigio subsequens
 Roberto fugato Erlongum restituit.
 Inde progrepsus Notisponensium auxilio
 filio nocte fugato, ipse pontificem ibi 2
Ulricum quondam constituit, ac Theobaldi
marthiam per Boernos vastavit.

T Caput IX.
 Qualiter post multa mala ambo in ripa
fluminis Regini fluminis armati conve-
 nerint, paterque ad ultimum cedere com-
 pulsus sit. 1103.

Igitur regno miserabiliter in seipso diviso,

^a regem 3. Theobaldus seu Thiegot.
 Dux marchio erat Vohburgensis, Beringa-
rius autem vel Beringerus comes de
Sulzbach.

^b Moqueburo

^c regis

^d condemnavit Merseburgi in Nipm
^e Martianopoli Eidem Merstun
^f Magdeburg in misia

^g fu

^h U.
ⁱ intra
^j soluere
^k producere.

^l peracto

^{v.} hodie Merzburg

² Est hodierna urbs Norim- seu Norimberga
berga, ex Annalista hodie Nurenberg
Saxone.

³ Thobardo scilicet defuncto, Ulricus autem
codem anno ab Henrico juniore, ide
iterum pulsus est.

~~7 Chro. S. Georgii.
1103. Ruopertus frater S. Georgii
1105. ad reparandam monasticam reliqui-
nam Obtenturam abbas, licet multum
resistens, transmittitur.~~

¹

eae omnibus eius viribus condunato milite
 ferro flammisque crudeliter vastata
 terra, in ripa Regini fluminis, alio
 nomine Arucal, uterque, scilicet pater et
 filius confedit. Iam castra dissipantur,
 iam acies ordinantur, iam ad parricidale
 scelus pater in filium, filius in patrem
 a suis inflammantur; sed flammis
 ubi nefarii conatus ^{debat} impediantur.
 Vides parvum abiles ne miserabiles appa-
 ratur, ceteros mundum ^{contumeliam} sui sine
 animis effectibus suis, rodentem, quod vide-
 licet contra legem naturae filius in patrem
 assurgens, contra normam iustitiae miles
 regem, servus dominum impugnaret, frater
 contra fratrem, consanguineus contra con-
 sanguineum, ac proprii sanguinis consortis
 sanguinem suadere cogitaret. Nonne tum
 vicanditum tam indignum hoc mundi fa-
 ctum ad contumeliam sui solum nos pro-
 vocare potest? Numquid non ipse mun-
 dus, vel potius iuxta Augustinum immen-
 sus, sic amatores suos falsis detestatio-
 nicus collectos decipit, et hinc ^{commer-}
 cia inherentibus tibi tribuit, ac adulti-
 mum transeundo in interitum trahit?
 Haec sunt iuxta Paulum tempora nocivi-
 ma et ideo periculosa, in quibus homi-
 nes quo sua, non quo Iesu Christi, qua-
 rentes, et idcirco seipos amantes, pelerati,
 sine affectione, parentibus inobedientes effe-
 cti, ad ausus nefarios factaque nefandissi-
 ma per diversa voluptatum suarum
 flagitia voluntati rapiuntur. Et nota,
 quod hoc nostra tempora, quae utique no-
 vissima creduntur, tanquam prioribus
 sceleribus finem impositura, ac velut
 mundi terminum ex flagitiorum inma-
 nitate minantia, et ex opposito regnum
 Christi appropinquaturum proferant,
 sicut quosdam, ut dixi, ac mundi

i. Alias Reganus dicitur, a quo urbs
 Regensburg seu Reginsburg nomen habet.
 Ad. Nomen eius aliud necesse legi.
 alias ad Reganum
 fluvium vide Annel. Saxo.
 in vespergessen Ratisbona,
 vulgo Regensburg, Reginae polis
 sic dicitur a fluvio Regen.
 datur qui in Danubium
 influens in praefata
 civitate.

~~et impugnavit puerum~~

a. u. dicitur

et. m. d.

v. 11. Timoth. 3.

e. voluntatum

e. u. d. sceleratissimos

amabiles acerbissimos, sic alios zelo dei
 ferventissimos ac caelesti desiderio plenissi-
 mos habeat, ut sunt ^{hos} nequissimi ^{et} hos
 sus modicum iam tempus habens, et ob
 hoc amplius irascentis, amplius ad
 vitia inflammatis, sic istos dulcedo regni
 caelestis quasi iam in rivas posita ad
 amorem suum magis alliciat. Unde circa
 haec tempora dum regnum Romanorum
 non solum civititer, sed et parricida-
 liter libidine dominandi servabatur, alii
 coactis suis pro Christo, ac militibus
 singulum se non sine causa gestare con-
 siderantes, Jerusalem tendunt, ibique novum
 genus militibus exorsis sic arma contra
 inimicos crucis Christi gestant, ut crucis
 mortificationem iniquiter in suo corpore
 portantes, vita et conversatione non
 milites sed monachi videantur. Rigor
 etiam tunc in monastico quam clericali
 ordine extitit usque in predictam diem am-
 plius cepit crescere, ut in isto dei iudicio
 civibus mundi in foveis magis prode-
 centibus civis sui ad summam virtutem
 per eius gratiam magis ac magis prospiciant.
 Sed iam ad propositum revertamur.

Igitur dum in ripa predicti fluminis
 uterque confederet exercitus, ac quibus-
 dam in ipso flumine sibi invicem occur-
 rentibus occisis, Henricus iunior omnes
 vires patris in Duce Boemio Berce ac
 marchione Leopoldo ^a fore confidens,
 ipsos multis modis promissa pro se patris
 quo tunc nupta a Frederico Saxonum
 Duce viduata fuerat, in uxorem mar-
 chioni, inductos, amboque, ut patrem re-
 linquerent, persuasit. Quibus occiden-
 tibus ^{etiam patres} ~~improbatos~~ cedere compellitur,
 et ex hinc vires eius imminui, invidio-
 que crescere ceperunt. Rotardus
 2. Agnete, Frederici Hohenstauffii vidua,
 quara etiam Duxis Leopoldus.

Ed. monastice

1. Heerbiegen nomine.

Ed. listocam

Borcel, alius
 et alius in chronico H. Gestum, vocat
 Borivius Duxus.

Borivoj vel
 (a) alias Borivojies dicebatur

a. 14.
 7. l. v. cuius prociem pro patris Duce habuit,
 [cron. Melleca. ad an. 1106
 inter scriptores in Austria. T. 1.

Dum iuratur Henricus, huius veris in
 quibus, cum Henrico filio suo, quinto
 nomini, circa quoddam flumen Sibi
 invicem occurrerent, et in ipso flumine
 multi occisi,
 Henricus graviter, omnes
 vires patris sui
 considerans esse in

Ed. improbatos

marchione Austriae, Leopoldo
 (ei) persuasit, uxorem suam
 Agnetem promittens, ux-
 orem patrem relinquere.

Curia Augustinus archiepiscopus sede
sua per iuniorum Henricum octavo,
ex quo pulsus est, anno restitutus.

Capitulum X.

De curia, quae ad Decisionem lites in-
dicta est. De victoria Baldewini regis,
de perfidia Alexii imperatoris.

1105.

Non multo post filius patrem in oppido
Rheni Binge alloquens, ad obedientiam
Romano sedi de anathematis vinculo ex-
hibendam hortatus. Pater vero conventum
pro hac re principum convocandum ro-
gat, sicque ad petitionem suam Curia
Maganthia in proximo Nativitate Domini
celebranda cunctis regni primoribus in-
dicatur.

(a) Bingen, ad Rhenum,
castra Mosuniae vicina.
i Binga ad Rhenum Mogunthia vicina.
Et traduntur

Circa idem tempus Baldewinus rex Asca-
lonam obsidione cinctam tributariam fecit.
Commissis etiam cum Saracenis proelio cum
pauis, id est, cum quatuor millibus Di-
vina magis quam humana virtute uno
principis eorum captis, altero occiso etiam
L. millia fudit.

At Alexius imperator perfidissimus iam diu
corde conceptam corde malitiam celare am-
plius non valens cum Turcis, qui iam prope
desperati erant, turpissime foederatur,
eisque Sicam multo nostrorum sanguine
atque situm impudenter tradidit. Vixit tem-
pora periculosa. Duobus imperatoribus,
Orientis videlicet et Occidentis, Deo con-
tractis.

Capitulum XI.

Qualiter Curia celebrata pater regalia
remiserit, filiusque in regnum subli-
matus sit.

i Hoc ad finem anni 1105 acta, qui
veteri more ad Nativitatem Domini
terminabatur.

Anno ab incarnatione Domini MCVI.
in Nativitate Domini maximus principum con-
ventus Maganthis factus est, ubi super ve-
nientes apostolice sedis legati anathema
a Romanis pontificibus in imperatorem

Marginal notes on the left edge of the page, including fragments of text and some illegible markings.

factum omnibus, qui aderant promulga-
 bant. Quia propter dum ipse in quodam ca-
 stro positus in custodia mancipatus audien-
 tiam petens, principes seditionem vulgi ti-
 mentes ei apud Ingilbheim occurrunt, ibi-
 que multis modis comminatum, vel iurata
 aliis circumventum, ac coactum insignia re-
 gni resignare ac filio pro mittere, qua-
 dragesimo regni sui post mortem patris,
 imperii vero anno, ad quod tamen po-
 tenter magis quam iuste a quiberto capta
 urbe sublimatus fuerat, persuadent.
 Quod omnia utrum licite an sponte acta
 sint, nos non discernimus. Sicut tamen, qui
 credant, ei ad probationem non ad dam-
 nationem. huius tentationem circa finem
 suam contigisse: affirmantque, ipsum e-
 leemosynis ac multis misericordiis ope-
 ribus a Domino memisse, ut excessus
 eius lapsusque ex fastigio regni con-
 versatio hoc modo in presenti puniretur.
 Reversus ad filium optimates imperialis
 deferunt, eumque primo a patre electum
 per impositionem manus apostolicis p-
 dis legatorum, unctorumque electione
 XCIII ab Augusto regem creantur, ut
 dixi, incarnationis MCVI.

Atque tunc ex Josepho, quomodo Eusebio
 et eorum qui post ipsos usque ad nos pri-
 maverunt, libris lecta posuimus. Ceterum
 quod sequantur, quia recentis memoriae sunt,
 a probatilibus viris tradita, vel a nobis
 ipsis visa et audita ponemus.

Chron. S. Blasii.

1105.	Henricus V. rex circa.	Natali
	Domini a patre Henrico rege se separa-	
	vit. Sequenti anno item circa.	Natali
	Domini pater a filio captus est, et eo-	
	dem anno obiit. Annot. Sax. a. 1105.	

u.
 + Ed. manifesti.

+ Ed. V. i. Numerus anni in codice omni-
 bus fuit male quintum habet, loco 22,
 Henricus enim anno 1084 a quiberto an-
 tipapa imperator fuit coronatus. For-
 te in eius codice vox vera ita fuit ob-
 viata V, quod ille pro quinto accepit.

u.
 + V. XCV.

Hoc anno Gratianus monachus S. Jo-
hannis Beuronis compilationem Decretorum,
qua nunc utimur, videlicet quae incipit
Humanae generis, elegantissime compe-
suit, ut praefinitur ex numero anno-
rum, quem ponit l. q. v. s. Forma,
qui est hic annus.

i. s. Forma occurrit Caus. II. quodst. VI. cap.

Nota.

De Simiporis libellis, quod incipit post
appellationem interpositam, i. bi Grati-
anus ponit annum 1108. In editione au-
tem Juris canonici a Ferramontano seu
Christ. Henr. Treiesleben T. I. p. 418
legitur annus MCXL. ex eo, quod
annus iste conveniat cum indictione IV.
quam vocat Gratianus; anno enim
1108. curabat indictio XIII. Item vero
dicitur Adelinus Rheginus ecclesie episco-
pus, cui ibidem appellationis forma pro-
scribitur contra Qualterium Ravennaten-
sem archiepiscopum prid. Kal. Maii em.
Dom. vicaria. MCXL. indictione IV. Ex
Ughello autem (Stat. Sacr. T. II. p. 366.)
habemus, Qualterium Ravennati ecclesie
praefuisse ab anno 1118. usque 1144.
Qui tamen in eo fallitur, quod (L. c. p. 390.)
Adelinum, quem Adelnium vocat, Regii
Lejidi episcopum iam anno 1110. mortuum
scribat, qui tamen ex dictis saltem us-
que ad anni sequentis Indivium in
vivo fuit.

corpore

edite

Capitulum XII.

Qualiter pater adhuc in Belgas transiens
a quibusdam receptus quereclis fecerit,
et post pugnam comitum spem Leodii mor-
tuus sit.

ll. 1106.

Resignatis ab imperatore regalibus ipsam
ex rege opulentissimo miserabile mortali-
bus relinquens exemptum egressus factus ad
inferiores partes B. heni in Belgas se contulit,

ll. c. ac potentissimo

ibique a Colonienſibus non ut exul, ſed
 ut rex regio apparatus ſuſcepit. eſt. Hæc
 civitas in Belgia Gallia ſuper Athenum
 poſita omnibus Gallis ac Germanis
 urbibus, ex qua Treveris ſibi coepit,
 tum Divitiis quam & ſicis, magni-
 tudine ac ſecore ſui ~~potius~~ cognoscitur.
 Inde Leodium Diſcepus, ab eis que ſuſti-
 gio regali ſuſcepit, omnibus ſe ſtra-
 te circumventum, ſed reddenda rega-
 lia vi coactum, qd. ſibi potuit in regio
 ſua ſeu aliis regnis poſitis ſpectava-
 vit. Exſtat de hoc inter ceteras eius epiſto-
 las ad regem Celticis, quæ Francorum
 ſicitur, + epiſtola miſera quæ miſeriarum
 eius Tragediam continens, ſaxas quoque
 mentes ad mutabilium rerum drumnas
 contemplandas ac deplorandas emotive
 roper, quæ ſic incipit: Princeps chariſi-
 me, et omnium, in quibus poſt Deum
 ſperamus, amicorum noſtrorum fidiſſime,
 primum et poſterum inter omnes vos
 excepi, cui conquæri et deplorare ca-
 lumnias et omnes miſerias meas re-
 cepturum duxi et genibus veſtris ^{ris} ~~adorari~~, ſi
 liceret maiſtati Imperii.

Filius itaque iam rex coſtituto milite pa-
 trem ſubſequutus circa Moſam conſedit,
 ubi a Henrico Duce Belgarum aliisque
 ſui patris fideſibus ſuper pontem Moſæ
 in loco, qui ~~Uregeſus~~ ^{belli} dicitur, tentatus
 credere compellitur. Non multo poſt
 ipſo ad ſuperiores Rheni partes redente,
 ac quæſus militem inſtantem, pater
 Leodii moritur, ſæpe inſtans homi-
 le terminato pacis negotia tractantur.

Capitulum XIII.

De obſidione Colonie, reſtitutione e-
 piſcoporum, ac expeditione contra Un-
 garos.

T. proferenda

i. Antiquam epiſtolam exhibet Sigebertus
 Gemblacensis in chronico ad an. 1106, quæ
 Epistolium T. I. p. 885.

Ed. qui

1. Henricus Aquitanie Duxem. | Colancti

Sinas narrat ipse Henricus in
 litteris ad Philippum, Regem
 Francorum. Hugus episcopus v. a.

Sigebertus Gemblacensis meminisse

Ann. 1106. Ex Henrico
 Henrici episcopi ad Hugonem
 abbatem Cluniacensem in
 Alesii Episcopo. T. II. p. 990.

Ludovicus Henrici Regis
 Duxis palatini e. a. r. Hermannus
 in narratione restaurati omni
 abbatis S. Martini Tornacensis
 Cui Alesii Episcopo. T. XII.

2. Henricus Dux erat Lotharingie inferioris
 Henrico (qui erat Dux Lotharingie
 inferioris)

3. U. quegeſus, + e. bellatunt aliis Weſaga
 Wegeſa 2, Viſacum ſeu Viſetum.

est

(u)
 4. obiit Leodii
 VII. Idus Augusti MCVI.
 Augusti.

Anno 1106.

Henricus 14.º pater mortuo libere re-
 gnavit Coloniam Agrippinam obfidione
 circumdedit, eamque tandem multis pecuniis
 actione accepta ad redditionem coegit:
 omnibusque in Gallia seu Germania rite
 compositis episcopos etiam, qui in falsif-
 icato propriis sedibus pulsi fuerant, re-
 stituit. Inter quos venerabilis Inva-
 rianus eusebio archiepiscopus Cantuariensis,
 qui hactenus in celestia Dei florere
 fructuoso labore noscitur, ad spem, quam
 post mortem felicitatis memoris martiris
 Thimonis Bertaldus quidam concepis-
 ne senioris invaserat, missus est.

Ex tempore Colomanus Hungarorum
 rex feudum suum Almu de consortio
 regni suspectum habens persequitur.
 Qui profugus ad regem Henricum ve-
 niens iniuriamque suam deplorans au-
 xilium eius impetrat. Itaque condita
 rex expeditione Ungaros bello petit,
 sed capto, quod Boson vocatur, in con-
 fulto se occupans parum proficere
 potuit, sique infecto negotio ad pro-
 priam recit. Caput XIV.

De magna expeditione Italica, captione
 summi pontificis, ac eode Romanorum.
 Anno abhinc tertio ex omnibus regi-
 stris infinitis contracto exercitu
 Romam versus per montem Iovis Pi-
 rendum transit, ac in plano Italico
 residens iuxta Padum militum recon-
 fuit. In comitatu eius XXX. millia
 equitum electorum, exceptis his, qui
 ex Italia ad eum confluerant, tan-
 tumque castrorum ambitum, qui ad-
 huc superstitibus fuit, sui se tradunt,
 ut in visu vix penetrari potuissent.
 In plano ergo Italia castra metante.

Ed. quintus, 1. O. A. S. Quatuor ut in recator, quintus ut rex.

2. Igitur hoc scripsit Otto ante annum 1147, quo obiit Conradus.

11. D. Bechtoldus

An. 1108. Mons Iovis hodie S. Bernardi vocatur in Valchia. Pro Pireneum legendum Eporcediam seu Turcam, quae est Pede- montii urbs.

11. D. Posonium dicitur

vix in Ursprung. et Dodelfinum
 Anno. 1108. Expeditione Colomanus Regis Hungarorum adversus Maritimas Dalmaticas Civitates narrat Thomas Sycclatensis in Historia Salonitana, Cap. 17. Sub anno 1108.

(a) Chron. Ursprung. ad a. 1110 Mons Iovis hodie S. Bernardi major vocatur. Pirendum aliam Sporcedia, Yuree

(b) Dem Verbin Gottfried Viterbiensis in Chron. Cap. 17.

Ed. frat.

unusquisque militum ante papilionem
 suum noctu lumen accenderunt. Quod
 ad humans ostentationem gloriæ factum
 quantum spectaculum indigenis in tan
 amplo ambitu prodierit, dicere non
 oportet. Inco castra movens Arpeni-
 num transcendens, oppidumque, quod
 Pons tremulus vocatur, natura locorum
 ac altissimis turribus circumspicuum,
 transitum prohibens expugnavit et cepit.
 Post hoc per Tuscanam iter agens Ariciam
 in robore manerum ac altitudine tur-
 rium confidentem, eo quod ares eiusdem
 urbis ecclesiam S. Donati extra muros,
 ne sedes episcopalis ibi haberetur, destru-
 xissent, ad solum usque prostravit.
 Vocum Novacium Liguam civitatem
 cum per Longobardiam pergeret, cepit
 acique cremavit. Multis ergo tam in
 anteriori quam citioris Italia, quod no-
 do Longobardia et Tuscia vocantur, for-
 titer gestis ad urbem usque progrederetur.
 Ibi a Papa cum clero et populo Roma-
 no in urbe Leonina ante fores S. Petri
 cum concibus ac thuribus, utriusque auto-
 rasticis seu formisbus ornamentis stans et
 adveniens eius postolante cum maximo
 tripudio suscipitur. Ipse autem profatum
 pontificem consilio quorundam potera-
 torum cum magna turba reverentia ca-
 ptivavit, ac utrico Augustorem suum patri-
 archa custodiendum commisit, sicque
 tumultu orto ac omnibus relictis rebus
 ad decorem et regule fastigium expo-
 sitis immaniter destructis in lucrum
 versum est gaudium.
 Occasus autem huius potestatis hoc fuit, quod
 rege Romanam tendente inter ipsum et Pa-
 pam conventio facta ac obsequiis firmata
 narratur, ut scilicet investituras episco-
 porum remitteret, et a Papa ipsa regalia

Ed. accendit

Ed. fundit

(c) Donnizo lib. 11.
 Cap. 18.
Pons tremulus, vulgi
Donnemoli. Castellum
 hoc a Rege Henrico
 vi expugnatum, et destructum
 refert Godefridus Viterbiensis
 in Chron. 6. XVII.

(c) Aricia, vel Archium,
Sodii Avello, Curia
 Tuscia. Sanctus Donatus
 qui pater fuit sub Imperio
 Juliano apostata, quarto seculo
 christiano illius
 primus episcopus. Ejus festum
 7. Augusti celebratur
 - E. P. P. P.
 Iohannis Regis Describitur
 in Chron. Casitensi IV, 27.
 evenit 11. Idus februarii
 anno 1110

(b) Henricus ipse rei
 gestae rationem reddidit
 in epistola, que reperitur
 apud Dodecimum da. 1110.
 et in Codice Bambergensi II 261.
 vide quoque Chron.
 Vossense a
 Wilhelmo
 Malinesburgensem,
 et Chronicon
 Casitense, necnon
 vitam S. Conrad
 Archiepiscopi
 Salisburgensis.

Ed. ab

De magna expeditione Italica, captione
summi pontificis, ac cede Romanorum. 1.

Anno ab hinc tertio ex omnibus regni
visceribus infinito contracto exercitu
Romam iturus, per montem Iovis 2
Picenum transit, ac in plano Italiae
residens iuxta Padum militem recensuit.
In comitatu eius triginta milia equitum
electorum, exceptis his, qui ex Italia ad
eum confluerant, tantumque castrorum
ambitum, qui adhuc superstitis sunt fuisse
tradunt, ut in visum penetrari po-
tuisset. In plano ergo Italiae castra
metantes unusquisque militum ante capi-
tionem summi noctu lumen accenderunt: quod
ad humanam ostentationem gloriae factum,
quantum spectaculum indigenis in tam amplo
ambitu protulit, dicere non oportet. Inde
castra moventes Appenninum transcendens,
oppidumque, quod Pons Tremulus 3 vocatur,
natura locorum ac altissimis turribus
munitissimum, transitum prohibens ex-
superavit et cepit. Post hoc per Tusciam
iter agens Ariciam 4 in robore manio-
rum ac altitudine turrium confidentem,
eo quod cives eiusdem urbis ecclesiam S.
Donati extra muros, ne sedes episcopalis ibi
haberetur, destruxissent, ad solum usque
prostravit. Verum Novariam Liguriae ci-
vitatem, dum per Longobardiam properet,
coerant ac igne cremaverant.
Multis ergo tum in ulteriore quam cite-
riore Italia, quae modo Longobardia et
Tuscia vocantur, fortiter gestis ad urbem
usque progreditur. 5 Ibi a Papa cum
clero et populo Romano in urbe Leonina
ante fores B. Petri cum crucibus ac thur-
ribus, aliisque ecclesiasticis seu forensi-
bus ornamentis, fronte et adventum eius
prostrante cum maximo terrore sus-
cipitur. Ipse autem profectum pontificem

an. 1110. pag. Eckenblatt zu B. S. 8. i.
1 Legendus est hic Otto Godofredus
Viterbiensis capellanus et notarius
Conradi III regis, Federici I imp.
et filii eius Henrici VI, in suo Pan-
thico, (Murat. Script. Ital. T. VII.
p. 455. et Hist. script. Germ. T. II.
p. 374) qui tamen pteraque ex Ottone
Frisingensi sumptis videtur.

2 Mons Iovis, hodie S. Bernardi maior
vocatus in Helvetia versus Italiam, ultra
quem est urbs Eboracia seu Yverca, quae
hic per Picenum intelligitur.

3 Vulgo Pontremoli.

4 Aricia vel Arctium, hodie Ardea,
episcopus
cuius primus extitit S. Donatus.

5 Supra hoc describit Petrus Diaconus
in chronico Cassinensi L. IV. c. 37. apud
Murator. Script. Ital. T. IV. p. 513. pag. 7.
Romam ingressus est Henricus 22. Febr.
a. 1111.

consilio quorundam fœderatorum, cum ma-
gna tamen reverentia captivum, ac Urbem
Aquilensium patriarchæ custodiendum com-
misit: sicque tumultu orto, ac omnibus
prectiosis rebus ad Decorem et regale fu-
stium expositis immantibus destructis,
in luctum versum est gaudium.
Occasio autem huius fœderis hæc fuit, ¹
quod rege Romam tendente inter ipsum et
papam consensio facta ac obsequiis firmata
narratur, ut scilicet investituras episcoporum
remitteret, et papa ipsi regalia coarctati-
gnaret. Itaque dum Romam venisset, ac a
pontifice promissa sibi restitui exegisset,
papa, eo quod reclamantibus episcopis que
petebantur adimplere non posset, tumquam
nocens, cum per omnia esset innocens, in-
fœdiis mancipatus. ² Videns hoc venera-
bilis Invarientis ecclesie archiepiscopus
Cunradus, qui cum imperatore venerat,
Zelo equitatis vicem Dei totens factum
hoc improbarit. Cui dum quidam ex mi-
nistrio regis Heinricus coquoimento
Caput ³ evaginato gladio mortem inter-
minaretur, tumquam pro iustitia mori estans
ingulum protulit, malens, si minas illæ ad
effectum perducere voluisset, tempora-
lem vitam finire, quam tanti piaculi scelus
dissimulare. Populus etiam Romanus cum
infinita erumpens multitudine Tiberim trans-
eunt, ac regem pene ex improviso, multis
de exercitu in urbe sive in agroromanen-
sibus, ante gradus ecclesie S. Petri in-
vadunt. Rex ergo, ut erat armis ve-
rentissimus, cum saracis, quos ibi habebat,
in hostem ruit, fortissimeque necesse
suis iam adventantibus pugnavit occisus
multis ceteros in fugam convertit.
Romani in ponte fuga iuncta castrum
Crescentii coarctati Tiberi se committunt,
pluresque aquis quam gladiis perisse
narrantur. Rex tam crudeli facto perse-
trata angustias portarum suspectas ha-
bens muros urbis ⁴ cepit, egresque

¹ Heinricus ipse huius rei rationem reddidit
in epistola apud Dodechinum ad an. 1110
(Pistor. T. I. p. 868) et in codice Vaticanæ
Babenberg n. 261 (Ecard. corp. hist. T. II.
p. 269).

² Factum hoc die 12 Febr. De his Diversa-
rum auctorum narrationes congregavit Calles
Annal. eccl. Germ. T. VI. P. I. p. 115. seqq.

³ Caput seu Cap dicitur in vita S. Conradi
apud P. Bernard. P. 2. thes. anecd.
noviss. T. II. P. III. p. 223.

⁴ Exaggerat victoriam Romanorum
clademque Germanorum Baronius ad
an. 1110. Chronicon Caspiense secutus:
Usperegensis vero, Dominico in vita
Matthildis, nec non Godofridus Viter-
biensis Germanos victores scribit.
Sane ex ipsa eorum serie apparet,
Romanos frustra tentata pontificis
liberatione a rege fuisse et post hoc.

papam captivum locum duxit.
 Non multo post conventionem factam a civi-
 bus revocatur, dimissoque per conditionem
 summo pontifice 2 ac extorto ab eo per
 vim de investitura episcoporum privilegio
 in urbem regressus. Tunc quasi penitentia
 ductus cives ac pontificem munerebus con-
 ciliat, ab eoque coronatus 3 favore om-
 nium imperatoris et Augusti nomen por-
 titur anno ab incarnatione Domini
 MCXI, anno vero regni eius post resigna-
 ta a patre imperialia quinto. Hoc privi-
 legium, quod a Romano pontifice minus
 extorsit, postmodum synodo congre-
 gata de episcoporum auctoritate tanquam
 privilegium reprobavit.

1. Apud Ulstadium sequentia in codice nostro
 omisa habentur: Huius maximi sceleris
 auctor fuisse dicitur Albertus natione
 Lotharingus, qui postmodum factus est. No-
 quantid archiepiscopus, tunc vero regis
 cancellarius, et primus inter primos eius
 prociordatis consiliarius. Quem summe
 post reditum rex captivatum et in car-
 cere positum diversis tormentis et in-
 credibili famis inedia afflixit, ipsumque
 de amicissimo inimicissimum ac regni
 sui possessorem hostem divino iudicio
 usque ad vitam terminum sensit. Sed
 hoc habemus. Igitur per aliquod
 temporis sacrilego usque tanto summo
 pontifice conventionem factam rex a
 civibus.

2. Liberatio pape contigit 8 a mil

3. Mirum hic scriptorum de die peracte
 coronationis dispendium, de quo legendus
 Cather. Annal. Germ. T. VII. P. 1. p. 128.
 Sed postquam stare actis pontificiis apud
 Muratorium T. III. script. Ital. p. 363,
 ubi hoc idibus Aprilis, V feria post octa-
 vas Pasche, indictione IV, seu d. 13
 April. an. 1111 acta esse referuntur, qui-
 bus consentit etiam Annalista Saxo.

4. Venerem concilio Lateranensi an. 1112.
 Vid. Lobb. Conc. T. X. p. 767, et codex
 Babenberg. n. 264.

Caput XV.

De captione comitis Reginaldi, nuptiis
 imperatoris, schismate regni, anathemate
 contra imperatorem Dudo, de Rudinis et
 heretico motu, egressione Ungarorum ul-
 tioneque nostrorum: De pace reformatam
 sub Callixto et victoria imperatoris de
 Vangionibus: de tributo indicto motique
 imperatoris.

Imperator ab Urbe regressus ad transfal-
 vina revertitur. Ergo non tantum fini-
 timis, sed et exteris gentibus ob eius
 metum trepidantibus, unctis ad impe-
 rium et voluntatem suam inclinatibus,

1. 1112

Belgas inquepus Reginaldum comitem bello a. 11. hostem iudicans.

petit: quem in castris Barro in termino
regni suo obsidione clausum ad ultimum
cum expugnato castris in deditorem accepit,
et in captivitatem abduxit. Post hoc Ma-
gno regis appurata coniuncta sibi filia
Henrici regis Anglorum Mathildem
quibus nuptias celebravit. Verum in hac
curia, quia pene omnes regni principes
confluxerant, quos per fort. L. 6.

i. Uspersensis. et ex eo Stumpfius in chro-
nico p. 319 hoc de Reinardo seu Reinot-
de Burgundis comite intelligunt, quod
tamen hoc anno 1113 nullus fuit, in super
et castrum obsequium Montun vocant,
quod hic Otto Barro appellat, quod
aperte Reinaldum i. comitem Barrosem
indicat, qui comitatus hic recte in Belgio
ponitur. Vid. Paul de verisier. T. III. p. 41.
2. An. 1114. 7. Jan. Ceterum Uspersius
sequentia addit: "In ipsa nuptiarum so-
lemnitate Lotharius Dux Saxonum nudis
pedibus fago indutus coram omnibus
ad pedes eius venit, seque sibi tradidit.
Tantus enim usque ad id temporis ti-
mor principis invaserat, ut nullus re-
bellare audeat, vel rebelles cum ma-
xime Summo sui vel etiam vite Detrimen-
to in gratiam eius venire."

eorum respiciet. Itaque dum Romanam
 verisset ac a pontifice promissa sibi per-
 fecti exegisset. Papa eoque reclamari-
 bus episcopis quod petebantur ac im-
 plere non posset. Tamquam nocens,
 cum per omnia opes innocens, in hostis
 mancipatur. Videmus hoc venerabilis
 Luvacensis ecclesie Archiepiscopus Lun-
 tadus, qui cum imperatore venerat,
 Zelo equitatis vicem Dei solens factum
 hoc improbari. Cui dum quidam ex mi-
 nistris regis Henricus cognomento Caput
 evaginato gladio mortem indeterminaretur,
 tamquam pro iustitia moti optans in-
 gulum protulit, malens, si minas ille
 ad effectum perducere voluisset, tempora-
 lem vitam finire, quam tanti periculi
 scelus dissimulare. Populus etiam Ro-
 manus cum infinita erumpens multitu-
 dine Tibidem transeunt, ac regem pene
 ex improviso, multis de exercitu in ur-
 be sive in agro manentibus, ante gradus
 ecclesie S. Petri invadunt. Rex ergo,
 ut erat armis experientissimus, cum parvis
 quos ibi habebat, in hostem ruit, divi-
 tissimeque acerrime suis iam adventan-
 tibus pugnant occidis multis ceteros in
 fugam convertit. Romani in ponte
 fuga iuxta castrum Crescentii convulsati
 Tibidem se committunt, pluresque aquis
 quam gladius perisse narrantur. Rex
 tam crudeli facto per potrobo angustias
 portatum suspectas habens viros
 verbis rumpit, egressusque Lupam capti-
 vum fecum duxit.
 Non multo post conventionem facta a
 civibus revocatur. Simisproquo per con-
 ditionem summo pontifice ac extorto
 ab eo per vim de investitura epi-
 scoporum privilegio in urbem regre-
 ditur. Tunc quos poenitentia du-
 ctus viros ac pontificem in veribus.

(C)
 Exaggera
 villaniam Romanam
 Cladenque Gynarum
 Davin, die a^o 1110,
 Gyn. Capinensis,
 Joannis Cardinalis
 Tusalanis episcopi Wolan
 Secutus. Ursprgens
 Loure villaniam attrahit
 Germani: Jhu Domairo
 in vita Maffedis, nec re
 Godfridus Viltreusio. Sane
 ipsa vromgesta un Serie appuer
 Romanos, frustra nullata libertate
 Bonificis, repulso a lege fuisse.

Ed. ac
 Ed. sc. tit
 T Ed. addit. Huius maxime felicitis auctor
 fuisse dicitur Alboctus natione Lotharingus,
 qui postmodum factus est Moynatid ex-
 chiepiscopus, tunc vero regis cancellarius
 et primus inter primos eius precordia-
 lis confidarius. Quere tamen post redi-
 tum rex captivum et in carcere po-
 situm diversis tormentis et incredibili
 famis inedia afflixit, ipsaque de
 amicis primo inimicissimum, ac regni
 sui pestiferum hostem divino iudicio
 usque ad vitam terminum sensit. Sed
 hodi hactenus
 Igitur per aliquod temporis spacio
 ante beato summo pontifice conven-
 tione facta rex a civibus.
 Ed. ingreditur

(a)

consecratus ab eoque coronatus fuisse
omnium imperatoris et augusti nomen
sortitus anno ab incarnatione Domini
MCXI. anno vero regni eius post resi-
gnata imperalia quinto. Hoc privi-
legium quod a Romano pontifice mi-
nis extorsit, postmodum synodo con-
gregata episcoporum auctoritas
tamquam privilegium reprobatum.

Chron. S. Blasii

A. 1110. Gebhardus Constantiensis
episcopus obiit.
Henricus rex Romanus veniens cum
exercitu honorifice susceptus est,
et eodem die orta seditione inter
eum et papam Paschalem multi Ro-
manorum caesi et aquis perierunt, et
papa captus est. Deinde dimisso et
pacato rex idem imperator effectus est.

Capit. XV.

De captione comitis Reginaldi: nuptiis
imperatoris: schismate regni: anathe-
mate contra imperatorem dato: de Bur-
gundo et terris motu: egressionem Ungar-
um ultionemque nostrorum: de pace re-
formata sub Calisto et victoria impe-
ratoris: de Vangionibus: de tributo in-
dito morteque imperatoris.

Imperator ab urbe regressus ad transfal-
pina revertitur: eripit non tantum fini-
tims, sed et exteris gentibus ob eius
metum trepidantibus, cunctis ad impe-
rium et voluntatem suam inclinatis,
Belgus ingressus Reginaldum comitem et
bello perdit. quem in castris Bara in ter-
mino regni suo obsidione clausum ad ul-
timum cum expugnato castris in seden-
onem accepit, et in captivitatem ab-
duxit. Post hoc Magnificae regis appa-
ratu coniuncta sibi filia Henrici regis
Anglorum Matilde magnifice nu-
ptiis celebravit. Verum in hac
curia, quia pene omnes regni principes

(b) v. Codicem D. Ambrogianum
n. 264 in Acta Concilii T. X. p. 780.

(a)

de die
coronacionis
varia in inter
scriptis dissensio,
quam pluribus notavi
Clar. Saxii ad Sigoniam
p. 630. ipse Cardinalis Norisius
in opere prolixo de investitura
p. 497. non in incerto relinquit,
quam et Ricardum discreper maluerit
Illes qui die festo Paschalis, hoc
se die 2 Aprilis coronatum Jun-
crato rem statuerit, ipsa Chronologia
diploatica Henrici refellit.
Pagini ad hunc annum 1110
n. 13 en 4. corolla de coronacione
domini in a. quinquagesima,
quae in v. Idus diei diei
9. Aprilis incidit, id quae

praecepit et
Malmeburienensi de
gestis Regum Anglorum
lib. V. probare conatur.
verum Malmeburienensis,
saeculum quod Pontifex
fecit in dominica quinquagesima
geniti, distincta distinguit ab
ipsa coronacione. quae proinde
sequi subscriphorem, quae
occurrit in Actis Paschalis II.
Ad hunc diem Aprilis,

Ad. Bois
id. eborac
V. feria post
Ostavas Paschae,
Iudicium V.
In Chronico quoque
Hildeheimensi
Henricus consecratus die 2 Aprilis
10 Aprilis [v. Acta Henrici
Mascovii in Commentariis
de Henrico V. lib. II
p. 154]
E. captivum de Henrico V. sub Henrico V. lib. II
T. Ed. addit. In ipsa nuptiarum solemnitate
Lotharius Rex Saxonum nudis pedibus se-
indutus coram omnibus ad pedes eius ve-
nit, seque sibi tradidit. Tertius enim aspectus
ad id temporis timor principes invasores,
ut nullus rebellare auderet vel rebelles

Handwritten notes on the right margin, partially visible.

confluxerant, conspirationes fiunt, ac
 ex hinc non solum occulta consilia, sed et
 publica contra eum machinamenta si-
 gnantur. Hinc iterum miserum Impe-
 rium, quod per riuos vix quiescebat annos,
 scinditur, ac tam in transalpinis, quam
 in cisalpinis regionibus intra se colli-
 ditur. Hinc iam publica bella cum mul-
 ta sanguinis effusione tam praesentem
 peratore quam in Italiam migrante, ce-
 rumque summam fortis suis Conrado
 et Frederico committentes, peraguntur.

Sententia quoque excommunicationis
 a Calixto, qui Paschali, et Gelasio suc-
 cepit, suadente Alberto Maguntino,
 Frederico Colonienfi, Conrado Iuvavienfi
 in eum datur, iterumque schismate reno-
 vato totum Imperium perturbatur. Ipse
 autem contra Urbem prociacum mo-
 vens Burdinum Hispanum episcopum
 Romanum sedi violentus imposuit, qui
 non multo post apud Sutrium recedente
 imperatore a Romanis captus, apud
 Clavam custodiae mancipatur.

Circa idem tempus terrae motus horribilis
 montes plures, sicut usque hodie in valle
 Tridentina apparet, subvertit. Ex quo-
 que tempestate Stephanus Ungarorum
 rex Colomanni filius cum magna mul-
 titudine fines regni clanculo invasit,
 ac vastatis terminis manubias abduxit,
 quem illustris vir Leopoldus maritimo
 adiuncto sibi Duce Boemorum subse-
 quitur usque ad claustra rheni progre-
 ditur, captoque in succensu castro, quod
 Ferrum vocatur, et cuncta in circuitu
 ferro igneque vastata terra sine damno
 ad propria revertitur.

Igitur Romano Imperio multis modis
 in se attrito imperator propter anathema
 seficere a se regnum videns, patrisque

cum maximo damno sui vel etiam vito-
 detrimto in gratiam eius rediret.
 Verum in hac

Et alium
 Et magno

1. Hohenstauffio Lucio Duci sororis sue
 Agnetis maritus, et Conrado eius filio
 Duci Truncionis.

2. In concilio Remensi a. 1119 La 66.
 concil. T. X. p. 862.

3. An. 1118 sub nomine Gregorii VIII.

4. In Casensi scilicet monasterio an.
 1121.

5. a. 1119. oppida, templa, villas, montesque

an. 1119.

6. Vid. Hunthaler Tristi Compil. T. I. P. 11
 p. 1210.

7. In vestigio hinc incipit caput XVI.

8. Caput XVI. De pace reformatu
 sub Calixto, et victoria imperatoris.
 De Vanzionibus: de tributo iudicio,
 morteque imperatoris.

metuens exemplum congregeto iuxta Wor-
matiam maximo principum conventu in-
vestituram episcoporum legato aposto-
lico sedis Lamberto, qui postmodum summus
pontifex factus Honorius est dictus, rese-
gnavit, per cuius anathematis vinculo
absolutus est. Privilegium ergo de hoc
ecclesie scribitur, ut nisi in sum vel latu-
tam cisalpinam quam transalpinam non
prius ordinatus episcopi, quam regalia
de manu eius per scriptum suscipiant,
scripto confirmatus. Hoc per hunc patris
sibi sibi est non successores datum dicunt
Romani. Ex hinc ecclesia libertati ad
plenum restituta, necque undique re-
formata in magnum montem exarsit sub
latrato papa II. invenitur, unde de ipso
Romae scriptum est:

Eccle latinetur honor patrie, deus imperiale,
Burdinum nequam dicitur, necque reformabit.

Post hoc imperator in Celtiam cum
exercitu profecturus Italiamque progre-
ditur: ibi cum Vangiones a se desessit,
ac palatium suum extra muros positum
comperit desessisse, ita respexit, ne-
benique obsidione cinxit. Dum autem
cives incande quadam die conpererent,
et cum Augusto pugnare cogitarent, a
muriis cillide provocati plurimis occisi
ac paucis per fugam elapsis ceteri ca-
pientur: qui ad reserandum aliorum
insolentiam alii navibus multitudine, alii
luminibus orbati dimittuntur, et sic de-
num infirmitate pecuniarum pactione in gra-
tiam imperatoris redierunt. Omnibus
itaque bene compositis consilio ge-
neri sui regis Anglorum totum regnum
vechigale facere volens, multum in se
optimatum odium contraxit. Itaque rei
gratia suam inferiores Rheni partes
circuire parat, in Traiecto Trisid urbe

~~89~~

5. Pactum legitur apud Uspenensem, aliosque.

An. 1124.

ed. reflexit

matro conceptus XXIII regni anno,
imperii vero XII. Fieri ultimum clausit,
ac per Coloniam Agrippinam depor-
tatus, in civitate Gallie Spira iuxta
patrem, avum, proavum imperatores
cultu regio sepelitur.

Chron. S. Blasii.

A. 1118. III. Non. Jan. temerarius fuit
ubique tam validus, ut turres alia-
que edificia subruerent, in gallicanis
semel et ad Nonam secundo.

A. 1120. Callistus II. prius Viennensis
episcopus papa ordinatus CLXXXII.
Eodem anno incepta est huius cella ab
abbate Adphelino.

A. 1123. Bertholdus Dux obiit.
Edictum Henrici V. imperatoris Da-
tum Spira indict. I. V. Kal. Jan.

A. 1124. Dominus Callistus papa obiit.

A. 1125. Dominus Rouffoivius abbas obiit.

Privilegium Henrici imperatoris
datum Argentino V. Kal. Jan. in-
dict. III.

Chron. S. Georgii.

1113. Obiit Hago fundator cellae
S. Georgii

1119. Worink. abbas eligitur.

Theogerus Motonensis episcopus et
abbas S. Georgii.

1125. Obiit Heinricus rex quintus
apud Trivictum, sepultusque in
Spira civitate. Cui successit Lo-
tharius rex Saxonum in regno.

Capitulum XVI.

De imperio regis Lotharii, rebellionem
que Ducum Frederici et Conradi:
qualiter Conradus a Mediolanensi-
bus susceptus in regem sit unctus.
Anno ab incarnatione Domini MCXXV.

1125. i. II. XIX. subiect ab a. 1100, ^{corruptus}
minuendo, quo ^{statutus est.} Codex no-
per computat ab anno 1102, quo rex
Germanie declaratus est, uti etiam sub-
inde in eius Diplomate notatur.
Obiit autem D. 23. Maii a. 1125. unde
conrigendus est scriptor notarius, ac
P. Herzogoti Geneal. Habsb. T. II P. I.
p. 145. qui Henricum V. adhuc 28
Leo, superstitem fuisse aperit, Decretus
perperam intellecto Dato Diplomatis
re monasterio Engelbergen: Anno
Dominice incarnationis MCXXV. in
ctione III. Data Argentino V. Kal.
Januarii, Dominica: que sola nota suf-
ficiat ad designandum ibi annum 1124,
quam pro ordine novius anni auspici-
cia a Antivitalis Domini festo
fuerint inchoata. Sequentia rem ma-
gis vincunt.

Et capitulum XVII.

i. In vestigio capitulum XVIII.

An. 1125.

Defuncto ubique herede Heinrico
quinto principes Magnitudi conve-
niunt, ibique habito de successore confi-
lio quatuor regni optimates, Lotta-
rius Dux Saxonum, Fridericus Dux Saa-
vonum, Leopoldus marchio Orientalis,
Karolus comes Flandriae, ad regnum
designantur. Tandem Lotharius nati-
vo Saxo, patre Gebhardo, voto omnium
veniens valde ac reclamans ad regnum
tractus, sub presentia sedis apostolicae le-
gati XCIII. ad Augustum requirit. 2.
Hic per omnia progeniem imperatoris
Heinrici humiliavit, ut plane iusto
iudicio Dei, sicuti in libro sequorum
habet, ex peccatis ac proditione
patrum suorum ipsorum affligi vi-
deretur. Unde quavis dispensatio regni in
multos annos protrahere plurimos in
anima et corpore periclitari fecit. Pro di-
cti enim Fridericus et Conradus iuve-
nes, sorori Heinrici imperatoris, dum
se vidissent opprimi, in quantum pote-
rant, veniti conabantur. Ob quam cau-
sam a summo pontifice Honorio, qui
Celice successerat, excommunicantur.
Porro Conradus a fratre ac quibusdam
aliis rex creatus Pyrenaeum per inquam
Septimi montis, qua Ahenus et Oceanus
fluvii oriuntur, transcendit: ubi a
Mediolanensibus, qui tunc Cumanum
bellum per decem annos pro flagitatione
populi utriusque civitatis miserrime pro-
tractum, capta ac deleta urbe prospere
consummasunt, honorifice suscipi-
tur, ac ab eorum archiepiscopo An-
selmo Modoyci sede Italici regni in
regem ungitur. Pro his aliisque pro-
fatus archiepiscopus archiepiscopus
a summo pontifice deponitur, et aliter
in locum eius subrogatur.

1. Alius Gerhardus dicitur, comes in
Quercuburg et Sux, Lombury

2. Electus est d. 30 Aug. an. 1128.

Ed. sequens

3. Vid. supra cap. 15. notari
hac mentem, eo quod hic ipse Otto
Trisingensis Comitis Illinap. Frater
utrimus et Friderici existit.

4. utriusque tam Conradi quam
Friderici, cuius filius erat con-
radus, nuntius imperator Barba-
rossa dicitur,

5. utriusque habet excommunic-
tur, quasi de Lothario sermo esset
non de duobus predictis fratribus
vid. Annalista Saxo ad an. 1128.

6. pro afflictione
d. 1127

7. Vocatus utias Sette.

8. Modocia, hodie Monza. Vid. Landulphi
histor. Mediolan. cap. 39 apud Murator
T. V. Script. Ital. p. 510 seq. Coronatio
hoc an. 1128 Modocia, scilicet in
die S. Petri, deinde Mediolani.

1126. Datum est edictum a Lothario III. regni eius primo anno.

1127. Modestus episcopus Constantiæ obiit. Factus est terremotus VIII. Cal. April. media nocte.

1128. Iterum III. Cal. Jul. factus est terremotus nocte. Eodem anno luna versa est in sanguinem v. Id. Nov.

Chron. S. Georgii.

1128. Spira rebellis tandem aperiitur regi Lothario.

Caput XVII.

i. v. p. Caput XVIII.

De schismate Romano ecclesie: qualiter Innocentius Gallias ingressus concilio celebratis regem ad defensionem Romano ecclesie invitaverit: De expeditione eius in Italiam, ac sublimatione imperatoria.

+ E. eius.

Non multo post Honorio mortuo gravissimum schisma in ecclesia Dei oritur, Innocentio canonice electo, sed Petro Petri Leonis filio violentia amicorum suorum, qui fortissimi in urbe erant, favente sibi Rogerio Siculo, intruso. Cui dum Innocentius resistere non valeret, urbe cedit, transiensque Alpibus Gallias ingreditur, ubi in regno Gallici regis in civitate Alvernia apud Clarum montem concilium² celebrans nuntios Lotharii regis Cuntadum Invarionsem, Eckibertum Monasterionsem episcopos obvios habuit. Indeque profectus apud Leodium Belgica urbem synodum³ episcoporum convocans regem Lotharium ad defensionem sancte Romano ecclesie invitavit. Qui nil cunctatus, exposito famen modeste, in quantum regnum ecclesiarum amore attenuatum, investituram eorum quanto sibi dispendio remisisset, auxilium Romano ecclesie promittit.

An. 1130.

2. Vid. Lubb. concil. T. I. p. 472.

E. Eckibertum

3. An. 1131. Concil. Germ. T. III p. 215.

Reversoque in Italiam summo pontifice, (An. 1133.)
 sequente anno militem instaurat, exerci-
 tumque, sed propter discordiam regni par-
 rum, per vallem Tridontinam in Italiam
 direxit, in multis locis tam amore Conradi
 quam respectu paucitatis suae ab incolis
 terra subannatus et despectus. Verum
 paulo ante Conradus, qui a Mediola-
 nensibus rex constitutus fuerat, pene
 omnibus amicis suis amissis periculose
 ad patriam redierat. Rex autem
 plus mente quam milite confidentiam
 gerens ad Urbem usque progreditur, ibi-
 que quatuordecim^{et} potuit paucis strenue per-
 actis, in ecclesia S. Salvatoris, quae Con-
 stantiniana dicitur, a summo pontifice
 Innocentio coronatus imperatoris et Au-
 gusti adeptus est nomen. Non prole-
 fiam B. Petri, ubi coronari mos erat
 imperatoribus, Petrus eo tempore occu-
 parerat. Caput XVIII. 1

E. qualiter

i 11. p.
 Ed. ca. 11. XIX.

Qualiter duo fratres in gratiam regis re-
verint: De Duce Polonorum et rege Dacis
et Ungarorum.

Imperator ab Urbe rediens Germaniam
 ingreditur. Non multo post generalem
 Curiam Bamberi² circa quadragesimam
 celebrans Fredericum et Conradum³ Duces
 intervenitu Clavacensis abbatis Bern-
 hardi in gratiam recepit: ac ita renovata
 pace omnibusque in Gallia et Germania
 bene compositis expeditionem rursus in
 Italiam edixit. Inde in Saxoniā directus
 Polonorum Ducem cum multis minoribus
 obsequium habuit. quem tamen non ante suo
 dignatus est conspectui presentari, quam
 tributum duodecim annorum, hoc est, quin-
 gentas libras ad singulos annos persol-
 veret, et de Pomeranis et Rugis homi-
 nium sibi faceret, subiectionemque

2. An. 1133. Vid. annalista Saxo ad h. an.

3. Conradus prius cum Lothario reconci-
 liatus in octobri Miltinhusii. Annal.
 Saxo.

Ed. homagium

perpetuam sacramento firmaret. Regem
 quoque Ducis in signum subiectionis ad
 Decorem imperialis reverentiae gladium
 sibi sub corona deferre fecit, ab ab Un-
 garorum rege terrore perculso multa et
 magnifica suscepit.
 Post haec exercitum, non ut prius parvum, sed
 copiosum et electum per vallem Tridentinam
 secundo in Italiam duxit, habens secum
 Conradum, qui, ut supra dixi, a quibus-
 dam rex creatus postmodum resipuerat:
 captisque in arctis locis fortissimis ca-
 stellis cum quodam capitaneo, qui ei
 aditum vidē claudere moliebatur, in plano
 Italiae iuxta quendam castra posuit.
 Quo in Expeditionem accepto ad Padum
 usque progrediens quaristallum cepit.
 Ibi Mediolanenses ac Cremonenses
 Inturnum inter se bellum habentes obvios
 habuit, Disceptaque utriusque urbis causa
 Cremonenses a principibus Italiae hostes
 iudicantur, propriisque discedunt.
 Quos imperator subsecutus territoria eo-
 rum ac villas seu castella destruxit:
 indeque Papiam veniens cives illos pa-
 ctione pecuniae in gratiam suscepit.
 Bononienses quoque ac Ambrinenses,
 qui eum priori expeditione desprexerant,
 supplices ac multum servitium offerentes
 ultro occurrunt. Post usque ad Tauri-
 num progrediens, totam citeriorem Ita-
 liam in provinciam redegit. Inde Apenni-
 num transiens ac interiorem Italiam
 progrediens, Anconam, Spoleturn cum
 aliis urbibus seu castellis in Expeditionem
 accepit. Dehinc contra Rogerium aciem
 dirigens Campaniam et Apuliam per-
 agravit. Porro Henricus Noriconum dux
 regis gener per Tuscaniam exercitum Ducens

~~Ed. confirmasset, regemque~~

T. Ed. murera
 Ed. hoc an. 1136.

al. Wurstallum, hodie Quastalla.

Ed. Car.

T. Ed. curio

Ed. perlustrans

Ed. perlustrans

Handwritten marginal notes on the left edge of the page.

summo pontifici usque ad imperatorem
 conductum probuit. Augustus vero tam
 fortia in Apulia ac Campania cepit,
 ut nullus ex Francorum regibus a Caro-
 lo magno usque ad id tempus tanta ibi
 seipse inveniat. Denique non solum
 civitates, utpote Capuam, Troiam, Saler-
 num, Barletum, Barram cepit, verum etiam
 munitissima castra et arces inaccessibiles
 expugnavit. At Henricus Dux cum mi-
 litia Baiuvariorum Beneventum cepit
 ac Lajo restituit; nam quid Albam sub-
 urbia civitatis sibi resistere nitentis
 ante expugnaverat et destruxerat.

Caput XIX. 1

De secunda expeditione imperatoris ge-
 stisque fortibus: De fuga Rogerii et
 substitutione Reinaldi. De lite Roma-
 ni pontificis et imperatoris, morteque
 Lotharii.

Morante in Apulia imperatore Rogerius,
 cum cum auri et argenti multo pondere
 attentatum flectere non potuisset, exerci-
 tum longe copiosissimum congreget, seque
 publico bello conflicturum cum eo denun-
 tial. Imperator ergo, ut et armis strenuissimus
 et imperterritus, militem instaurat, aciem
 ordinat, eosque respectu generis fortitudinis
 ac innato hostium ignavia nulla inimicorum
 multitudine frangendos Genontians, profectum
 cum exercitu et regione remote positi ad pa-
 tricium fugere nequeant, ac contra tyrannum
 non solum regis, sed et euclisio hostem et ex-
 communicatum iuste arma profert, ad bel-
 lum confortat. Cumque in occursum eius
 procederet, fractus animo Rogerius fugit, ac
 ad montana se contulit. Imperator vero
 occurrenti sibi summo pontifice Innocentio
 Barram usque progreditur, ibique a civibus
 cum magno gaudio susceptus, castrum

1. West.
 2. caput XX. De fuga.

Apud Westisium Reginaldus dicitur: utrumque
 2. Westisium Reginaldus dicitur: utrumque
 perperam; erat enim Raynulfus 10.
 mes, Apulia Dux pulso Rogerio a
 papa et imperatore constitutus.
 An. 1137. Vid. Romualdus Salernitanus
 apud Murat. script. Ital. T. VIII p. 189

a. II
 2. in exercitu romoanorum reg.

quosdam ibi positum, ubi praesidia Rogerii fuerant, artificiose valde expugnatis, militesque ibi repositos et praecipue Saracenos patibulo suspendit. Itaque Augustus eiecit de Campania ac Apulia Rogerio, dum eum in Calabria quoque seu Sicilia persequi intentat, a suis, qui iam longo tempore extra patriam morati uxores, liberos et amicos visere cogitabant, revocatur. Rogerio ergo hoste iudicato, Reginaldo vici fortis ac nobili Ducatus Apuliae relicta sibi parte militum traditus, et sui princeps victor de reditu disponit. Verum silentio proterire notamus, quod in dando Ducatu inter ipsum et Romanum pontificem pene controversia orta fuit, utroque Ducatum Apuliae sui fore iuris affirmante. Quod his consilio tandem hoc modo decisa dicitur, ut in dando Duci vexillo uterque manum adhiberet.

Igitur Lotharius ex Italia rediens apud Tridentum morbo correptus, in ipsis montibus in vilissima casa imperator solentissimus miseram humani conditionis relinquens memoriam XIII. aequi sui, imperii vero septimo anno diem obiit, futurus, nisi morte preventus foret, cuius virtute et industria corona Imperii ad pristinam dignitatem reduceretur. Regalia Dux³ Henricus gener eius, in cuius finibus obierat, accepit, et ipse per Augustam ac orientalem Franciam in Saxoniam ad morantem Luthet, quod ipse construxerat, depositatus honorifice sepelitur, actusque eius, ut nulla possent oblivione aboleri, in plumbeis laminis descripti iuxta eum reconduntur.

Chron. S. Blasii.

1132. VI. Non. Martii eclipsis luna contigit, et cometa eodem anno visa est per aliquot noctes.

Ed. eunt.

1. Raynulfus.

Ed. utriusque adhiberet.

2. Villa Balaivan inter Licum et Anum, hodie Praytevan seu Breitenwangrope Tridentum. obiit III. Non. Dec. a. 1137.

Ed. plures dicuntur.

Noticum seu Bavaria.

1133. 111. Non. Augusti. eclipsis Solis
hora quasi sexta.

1134. 11. Id. Jan. fuerit est terra motus
media nocte.

1137. Lotharius imperator obiit.
Adolbero Basileensis episcopus obiit.

Chron. S. Georgii.

1130. Obiit Honorius papa, duo simul elec-
ti, Innocentius et Anacletus.

1124. Obiit Wernher abbas S. Georgii, et
Fredericus per controversiam abbas con-
stitutus.

1136. Lotharius imperator post subiectam
Apuliam reversus obiit, successitque
Conradus.

Caput XX. 1.

De claris viris, qui illo tempore obierunt,
et plurimis malis, quae diversis in regnis
tunc pullularunt.

1. 1137. Caput XXI.

a. 1137

Circa illa tempora multi ex claris optimatis-
suis mortem sui principis receperunt et
secuti sunt. Bruno Cotoniensis archiepi-
scopus venerabilis et adprime eruditus in
Apulia decedens in ecclesia S. Nicolai Ravennae
honorifice est humatus, eiusque successor
Hugo, qui infra duos menses vitam et sacer-
dotio functus item in Apulia apud Met-
apham quiescit. Ex his vero, qui remanse-
runt, Albertus Magnus vi ad foveam
prudens et potens locupletissimusque, Hein-
ricus Trifingensis episcopus, abbas Fuldensis,
Leopoldus Orientalis marchio vii christia-
nissimus cum aliis plurimis nobilibus et
illustribus viris vivendi finem fecerunt.
Rex etiam Francorum Lodovicus, et An-
golorum Henricus, et Romanorum archie-
piscopus Reginaldus, comesque Pictavi-
ensis Gaufridus eodem tempore obierunt:
et ex hinc Anglia terra haec tenes abun-
dantissima tantis malis subiacere cepit,
quod multi ibidem fame et egestate at-
titi vitam etiam miserabiliter finire

2. Die 29 Maii 1137.

3. Die 30 Jun. 4. a.

4. Eff. et in

4. 1X Kal. Jul.

5. VII idus Octobr.

6. S. Leopoldus Austriae marchio iam anno
priori 1136 XVII Kal. Dec. fatis suis
a. ac clericorum et pauperum ruler
u.

7. Cognomento Crispus obiit. 1. Aug. a. 1137.

8. Jam an. 1135 defunctus

9. Alias Ramaldus an. 1138 mortuus.

trabantur; postquam enim rege mortuo, prin-
cipes Stephanum sororis sui filium ex Gut-
tliu invitaverunt ad regnum. Porro uxor
comitis Andegavensis Mathildis quondam
imperatoris Henrici quarti conjugis, il-
lius vero Henrici regis filia, hereditario
iure patrum regnum respiciens usque in
prospens illud affligere non desistit.

Franciam quoque occidentalis rege suo a-
missa sub eius filio Ludovico, qui adhuc
superstes est, ob eius ac Theobaldi Bte-
sensis comitis guerram tot incendis per-
repta est discrimina, quod, nisi religio-
sorum, qui ibi morantur, meritis, ora-
tionibus et consilio nuper pucata fuisset,
usque ad interuentionem Solala palaretur.

At Pannonia non longe ante hoc
tempus mortuo rege suo Stephano Colo-
manni filio, qui et ipse dum adriueret,
cum Graecorum imperatore Dicitiam Dipen-
sionem habuerat, multis iisdem incom-
modis oppressa est. Substituto quippe
in regno Bela Almi filio a Colomanno
quondam pariter cum patre Almo lami-
nibus orhato, Boritius, qui et ipse Colo-
manni, sed ex alia quam Stephanus matre
Ruthenorum seu Chios regis filia, natus
dicebatur, regnum paternum requirit.

Proinde in Graeciam transiens sibi imperatoris
primis consanguineam Calo-Iohannis
copulavit, ac post Poloniam ingrediens
Ducem terrae illius ad voluntatem suam
inclinavit, siquidem eum exercitu adiu-
tio illius ex vocatione quorundam comi-
tum Ungarorum, siluam, quae Polonos
et Ungaros seruiat, transiens Panno-
niam ingreditur. Verum Bela rex a-
fuito sibi Alberto Leopaldi marchionis
filio, qui eius sororem habebat, ac
quibusdam de regno nostro nobilibus
Boritio conuenit. Illo vero audito spreto

Stephani huius Blesensis comitis
uater non Henrici, predicti patris sui,
sed Guillelmi II soror erat, filia
Guillelmi Conquestoris.

2. M.
E. quinti, predicti regis, imperatoris II.

3. Urst.
E. in tantum, quod in manus eiusdem
feminae predictus rex ante paucos annos
incidens captus sit. Factum id est
anno 1141.

a. M.
E. prodis et

E. morabantur

A. 1131.

4. De his Hungariorum factis agit
Georg. Pray in Annalibus regum
Hungariae P. 1. p. 119. 124. seqq.

5. Al. Borichius ex legitima quidem con-
iuge Rusporum principis filia, sed deo
adultero repudiata natus.

6. Erat is Iohannes Comnenus Orien-
tis imperator.

7. Et Ottonis Frisingensis fratres.

E. habuerat E. y. Hedwigem Almi
regis filiam.

si adhortantium voce, ex linguæ idiomate
multitudinem Teutonorum in acie fore
cognoscens, illorum potius quam Ungarorum
terrore percussus, una cum Polono
notum Duce amissis in fuga multis terga
vertit. At in ipso primo Ungarorum et
Polonorum congressu, antequam Anto-
nici supervenirent, ex utraque parte
caesis plurimis, quidam ex illis, qui ex
parte Bolo aderant, sed hostibus suos per-
fide tradiderant, iusto iudicio fraudis suæ
penas solventes occubuerunt. Haec mala
nostris Diebus in vicinis regnis pullulare
cognoscimus. Quanta vero ex remotis
et transmarinis regnis indices audiamus,
pro fastidio vitandæ ad presens suppri-
mimus; tanta enim sunt, quod nisi
Sancitorum, quorum per Dei gratiam
magna nunc copia est, meritis et suffra-
giis staret mundus, in brevi omnino
eum periturum timere cogemur.

Capit. XXI.

De sublimatione Conradæ regis, contradi-
ctioneque Saxonum et Henrici Ducis: De
fuga Rogerii et morte Petri Leonis. Et
qualiter Saxones in pacem vocati sunt,
et Henricus Dux proscriptus et eiectus.
De tyrannide Rogerii, et Ducatu Leopaldi,
synodoque Romæ celebrata.

Anno ab incarnatione Domini MCCCXVIII.

Defuncto in autumno sine filiis impera-
tore Lothario, conventus generatis prin-
cipum Maguntia in proximo Pentecoste
condicitur. Quidam autem ex principibus
timentes, ne forte in generali curia Hen-
ricus Dux Noricorum, qui tunc præcipui
et nominis et dignitatis in regno fuit,
res potentiam prævaleret, circa mediam
quadagesimam consilio habito in oppido
Jullia confluentia conventum celebrant,
ibique Conradum imperatoris Henrici

i. Hoffr.
Ed. capit. XXII.

fororinum, de quo supra diximus, pre-
 sente Theodivino episcopo cardinali
 ac sancto Romano ecclesie legato,
 summi pontificis ac totius Romani
 populi urbiumque Italie assensum
 promittente, XCIV. ab Augusto regem
 creant. Qui mox ad palatium Aquis
 veniens a predicto cardinale s. num Co-
 loniensi, qui id iure fuere debuerat,
 noviter in throni sedes pallio carebat,
 cooperantibus Coloniensi, Trevirensi
 archiepiscopis, et ceteris episcopis in
 regem ungitur. Proximum de hinc Pascha
 Colonia celebrans Maguntiam, quod tunc
 forte pastore carebat, adiit, ibique
 albertum prioris Alberti fructem
 per electionem cleri ac populi archi-
 episcopum constituit. ---
 At Saxones et Dux Heinricus alique,
 qui electioni non inter fuerant, regem
 non legitime sed per surreptionem electum
 calumniabantur: quibus omnibus in pro-
 ximo Pentecoste generalis curia Ba-
 binbergo indicitur.
 Porro post regressum imperatoris Lo-
 tharii Rogerius apudiam recipere ge-
 stiens, congressus cum Roginaldo Duce
 in fugam conversus est. Petrus Leonis
 quoque moriens septimum schisma ter-
 minavit.
 Itaque Cunradus rex in Pentecoste cu-
 riam in prefata civitate, ut condictionem
 erat, cum maximo regni sustigio ma-
 ximo conventu principum habuit, ubi
 omnes Saxones finem cum viduata impe-
 ratrice Richinda venientes ultro se
 ditioni sue se subdidere. Solum ex prin-
 cipibus Heinricus Dux regalia servans
 aberat: ad quod reddenda in festivitate
 apostolorum Petri et Pauli Dies ei. Ra-
 tisbona profigitur. Quo veniens regalia

1. Vid. cap. 12 et 16.

2. Die 22. Febr. que erat feria tertia
primo hebdomade Quadragesime.

3. Factum id media Quadragesima
in Dominica Lotare d. 13. Martii.

4. Et ~~ex~~ ex eius fratre Fride-
rico comite Saropontano. In
Otto alibi (In Friderico 1 imp. li.
c. 22) factum scribit a Friderico
fratre Conradi fratre.

5. Raynbro

6. Anacletus antipapa, die 28 Jan.

7. In Ursipio hic incipit
Ed. capit. XXIII. Qualiter Saxones p.

8. Alia Richildis Lotharii imp.
vidua.

quidam multis illatus permissis reddidit,
sed tamen, minime conseruit in facto pacis
negotio sine gratia eius recepit. Cumque
multis modis homo propterea et animosus,
sed metu Dei humilitatis misericordiam
peteret, nec impetraret, tandem iudicis
quorundam principum quod Hocbipolim
prohibitus, ac proxima nativitate Domini
in palatio gostarionensi Ducatus ei ab-
iudicatur. Et mirum dictu? princeps ante
potentissimus et cuius auctoritas, ut ipse
gloriabatur, a mari usque ad mare, id est,
a Dania usque ad Siciliam extendebatur,
in tantam in brevi humilitatem venit,
ut pene omnibus fidelibus et amicis suis
in Bavaria a se deficientibus clam et
paucis comitibus suis in Saxoniam ve-
nisset.

Ea tempestate Reinaldo mortuo Rogerius
Apuliam rectore suo destitutam ingreditur,
expulsiisque cum multis nobilibus Reinaldi
fratre ac principe Campana, tam ipsam
quam Campaniam recepit, ac multissima-
lis incolas eius afflixit. Beati etiam
Benedicti monasterium in monte Caspino so-
litum totique orbi venerabile multis ecle-
siasticis ornamentis inmaniter spoliavit.
Trudunt, cum in prima irruptione ac
Barrensis urbis expugnatione crudele
et inhumanum piaculum perpetrasset:
capta quippe urbe non solum vivos di-
versis tormentorum generibus affecit,
sed etiam in mortuos sevens Reinaldum
Ducem ac Brunonem archiepiscopum
effoscos per plateas trahi iussit.
Hoc et alia crudelitatis opera ad anti-
quorum Siculorum formam tyrannorum
quae indefinenter de ipso audiuntur,
quia pene cunctis sunt nota, omittimus.
Sunt tamen, qui dicant, cum hoc potius

1. Raynulfus 2. 30 April. a. 1139 mortuus.

2. West. addit, et usque hodie premit,
sepunctus a. 1154.

intuitu inquit quam tyrannidis exer-
cere, aiuntque, ipsum pro omnibus princi-
pibus pacem Diligere, pro qua conser-
vanda voluit eum tanta severitate re-
belles cohibere. Alii vero amore pecu-
niae, qua etiam omnes occidentales reges
excepit, plusquam inquit pacem eum
sectari dicunt.

Conradus rex Baiariam ingressus, Luca-
tum Leopoldo iuniori Leopoldi marchionis
filio, fratri suo ex ~~patre~~ parte matris,
tradidit; et ex hinc provinciam nostram
multis^{malis} subiacere cepit. Proxima media
quadragesima synodus maxima circiter
mille episcoporum Romae, praesidente
summo pontifice Innocentio celebratur,
ibique post multa salutifera decreta
promulgata schismatici, qui Petri Leonis
parti fuerant, damnantur.

Caput XXII. 4.

Excursus De fortuna regis Canraci; Dere-
bellione Saxonum; De pugna Welfonis
cum duce, item et illius cum rege seditione
Ratis poven sum, expeditione suis contra
Welfonem, morteque ipsius. De factione
Boemorum, expeditioneque regis illo:
De Inatu Gato Henrico fratri Leo-
poldi, malisque plurimis ob hoc a
Welfone et praedicto Henrico pro-
vincis Baiavorum irrogatis. De
expugnatione Tibusti seditioneque
Romani & populi & et instauratione se-
natorum, ac morte Innocentii papa:
item De victoria Veronensium de Pa-
ruanis.

Considerare hoc loco Dei consilia mundique
volubilitatem libet. Ecce enim Henrico
imperatore mortuo consanguinei eius,
qui tunc in regno praecipui nominis, et
per hoc cultrinis quasi regii summi erant,

2. Bavaria scilicet, in qua huc scripsit
Otto. Mula vero ista ex variis scri-
ptoribus enumerat Galles Annal. uel.
German. T. VI. p. 422 seqq.

3. Et hoc concilium generale Latera-
nense II. a. 1139 J. 8. Aprilis celebra-
tum. Labb. conc. T. X p. 999.

Agnatis Henrici IV filio, priorem Frederico
Hohenstauffio consadi regis patri nuptis,
Dein S. Leopoldo Austriae marchioni,
ex quo coniugio proter alios plurimos
liberos natus est huius ipse Otto Trisin-
gensis episcopus, eiusque frater Leo-
poldus iunior, Larchus quoque dicitur,
cui Conradus rex Incautum Baiariae
exauit praescripto Henrico Leonem con-
tulit a. 1138.

4. Welfis.
Caput XXIV.

a. U. super filios hominum terribilia.

non fortuna non eliguntur ad regnum, sed
et a proposito super se rege, plurimum affi-
quantur et concutuntur. Hic ergo in summa
denuitate positis cum Dux Henricus au-
toritate patris sui imperatoris, ipsiusque
viribus in tantum excoerisset, ut omnes de-
spiciens nulli pro regno supplicare cogna-
retur, Dominus, qui humilia respicit et
alta a longe cognoscit, Deponit potentes et
exaltat humiles, illum humiliatum et pene
desperatum ad fastigium regni prorexit, hunc
de alto in gloria et potentia sua gloriam-
tem Deiecit. Quid huius aliquid dicere possumus,
nisi quod prius Conradum magnum in oculis
suis humiliavit, humiliatum respectu rie-
tatis sue exaltavit? Quis varietas huma-
narum rerum ex ubertate gratie Dei de-
pendens ad vitandam superbiam ac humi-
litate[m] appetendam nos incitare debet. Et
quid aliud tam miserum mortaliu[m] con-
ditio, nunc de iniqua ad regnum, nunc ad in-
opiam de regno trahens, et crucians ho-
minem, quasi contentum pro sententia patit,
et ad eternorum stabilitatem, quae nec
mutatur nec transit, nos invitare mittit?

Quanta vero mala toti regno, et proci-
pue misero Baioario ex hoc evenerint, nos
quotidie experimus. Saxones ex hinc regi
rebellantes plus mansuetudine ipsius quam
armis inclinantur. At Rogerius Innocen-
tium papam in Apuliam cum militia Ro-
manorum venire volentem, flagitiose in
Christum Domini manum mittens, ex insi-
diis cepit, et regni nominis in Sicilia ab
eo auctoritatem et absolutionem arca-
thomatis cum Ducatu Apulia, Calabriae ac
principatu Capud extorsit.

Dum hoc ageretur in Italia, Legaldus
marchio suscepto a rege Ducatu Norico, om-
nibus pene Baronibus ad eum retinentibus
amore seu timore ultro ad ipsum conflu-
entibus, primo metropolitim ac sedem

1. Sicilia rex Innocentium II. a. 1139, 2. 22
Julii cepit captivum tenuit.

2. In Messisio huius incipit caput XXV.
Eius caput 28

Ducatus Ratisponam Ditioni suo sub-
didit. Post collecta milite copioso totam
Bairariam pertransiens in ipso eius ter-
mino iuxta Licum fluvium contra urbem
Augustensem negotia terrae per triennium
tractans Aremi iudicis officium exercuit.

Ea tempestate Henricus Dux Saxonum
in Saxonia Albertum marchionem sibi re-
bellantem in tantum humiliavit, ut ca-
stra eius diruit, terras circumquaque
vastatis, ad regem auxilium gratiaque com-
putaret, omnibusque suis ibidem rite
dispositis iam in Baiariam redire propo-
sisset, morbo correptus diem clausit ex-
tremum, ac in monasterio Luthor iuxta
Socherum humatus. Quo mortuo Saxones
amore filii sui parvuli, quem eis adhuc
vivens commendaraverat, regi Saxonum re-
bellant. Leopoldus vero Ducatum Nori-
cum ex hinc potenter se habere confidens,
Dum in obsidione castri Phaleia duorum
fratrum, qui in parte Ducis Henrici ste-
terant, incaute moraretur, Welfo Ducis
Henrici frater collecto milite superve-
niens, fortissime pugnando copiam ex utra-
que parte pluribus, multis captivatis,
Ducem fugere coegit. His elatus successibus
Dum regem quoque non multo post in
obsidione castri Wivesberg morantem
pugna aggredi attentat, amissis multis
cum paucis fugit e proelio. Non multo
post Leopoldus Ratispona infirmatus
in territorio Patavensi diem obiit, et in
monasterio S. Crucis, quod a patre suo
fundatum ipse plurimum ditaverat, hu-
matus, eique in marchia successit fra-
ter suus Henricus

Eo tempore Conradus Maravenfis comes
confpiratione cum Boemis factu Ducatum
Saxoniae illius affectans de Maravia in
Boemiam exercitum ducit. Cui dum Dux

1. 1139.

C. Fr. 10

21

6. Apud Altachium inferius, 15. Cal.
Nov. a. 1141.

1. Cognomento Ursum Bruniburgi mar-
chionem, cui Conradus rex Ducatum quo-
que Saxonie attribuit, seposito Henrico super-
bo a. 1138 attribuit, anno sequente mortuo,
qui anno sequente mortuus in monaste-
rio Lutherenfi iuxta Lotharivm in-
peratorem, a quo Ducatum unacum
filiis eius Gertrude coniugem accepit.
2. Henrici, qui postea Leo dictus est.
3. W. Phallia, Falcia, Vallia, Bavaria
superioris castri ad Mangoldum an-
nem. Duo fratres erant Otto et Conu-
nem. Duo fratres erant Otto et Conu-
Dux ex familia comitum Schyrensim.
An. 1140.

4. Weinsberg urbs et castrum olim in
finibus Palatinatus superioris, nunc
Ditionis Wurtembergicae. Amorem matro-
narum hac occasione circa maritos suos
narrat chronicon S. Pantaleonis ad an.
1140 apud Ecard Corp. hist. T. 1. p. 931.
a. 11. qui soli ex Noricis baronibus.

5. Ursus addit: non multo post Duce Leo-
poldo in urbe Ratispona civibus iura dispo-
nente ex Palatini comitis importunitate
„feditus“ oritur. Dux cum suis populo cir-
cumquaque concurrens arma acci-
„puit“, successusque aliquibus urbis vicis,
„civibus tam armorum quam incendiis metu
„disfurentibus, periculum evadens urbe re-
„cepit, ac vastatis in circuitu agris ad
tempus inde disertens, collecto milite non
longe a civitate castra posuit, tandemque
ferrate percussos pennis ractione in sedi-
tionem accepit. Dehinc Iodocus a Quersphore
b. 11. p. 221) sibi apud Phaleia illa-
„tum utrisque statuens armata manu ad Licum
usque progreditur, ibique destructis quorum-
dum inimicorum suorum munitionibus, cur-
ctisque circumquaque vastatis, per fines
nostros cum multo ecclesio nostro detimen-
to revertitur. Ipse vero non multo post Ratis-
pona p. 22

Ladislavus cum copiis occurrere parat,
a suis proditus fuga profugio vix peri-
culum mortis evasit. Sicque profugus
ad regem veniens capum suum deplorat.
quem rex misericordia motus cum ex-
ercitu in Boemiam reduxit, ac Pontecoste
in urbe Braga provincie metropoli cele-
brato, Conrado fugato, in Ducatum re-
stituit.

Non multo post Saxoniam ingressus datus
in uxorem vidua Ducis Henrici, Lotharii
imperatoris filia, fructu suo Henrico mar-
chioni, pacem cum Saxonibus fecit, eidem-
que marchioni Noricum Ducatum con-
cepit. Quod res in terra nostra maxime
discordie seminarium fuit. Quelfo enim
princeps profatum Ducatum sive here-
ditatis contigisse calumniatus, armata manu
in presentia Ducis Baivarum ingreditur,
partemque provincie vastata regreditur.

Ob ea Dux inflammatus immenso con-
vincto milite fines nostros ingreditur, mul-
tisque ecclesiarum redditibus direptis ran-
som etiam ipsius nostrae civitatis muni-
tiones propter quosdam ex ipsa, qui fau-
tores Quelfois dicebantur, destruxit.

Cui dum Quelfo cum copiis occurrere
parat, audito, quod rex superventurus erat,
cessit. Porro Dux firmat cum rege castrum
comitis Conradi, qui ex parte Quelfois
erat, obsidione clausit, vastatisque in
circumvicinis adiutoris regis ad sedi-
tionem coegit, ac igne succendit.

Dum hoc aguntur in Gallia et Germania,
Romanus pontifex Innocentius, qui iam
per multum temporis Tybutinos excom-
municaverat, ac aliis modis preceperat, con-
quistatos ad seditionem acceptis obsidibus
ac intercurando interposito coegit. Romanus
vero Romanus volens, ut eos per obsides et

1. Vid. chronicon Bohemicum in p. 242
ad an. 1141. apud Menckes Script.
T. III. p. 1702.

2. Erat Gertrudis filia Lotharii imp. et
Henrici Imperatoris Bavariae Ducis vidua,
et mater Henrici Leonis, anno 1142 se-
cundis nuptiis copulata Henrico Au-
gustino marchioni, qui ex parte matris pro-
ter erat Conradi regis.

3. Hic Henricus quem consilio matris Ducis
Henrici filius iam abdicaverat.

4. De Dachau ex Sibiryensi familia,
cuius principum castrum erat
Dachau in Bavaria.

c. W.

caput 27. XXVII.

Sacramentum ad durissima precepta, id est,
 ut missis ruptis omnes provincia cederent,
 cogeret, dum nobilissimus ac liberalissimus
 sacerdos tam irrationabili et inhumana pe-
 titioni annuere nollet, seditionem movent,
 ac in ipso impetu in Capitolio convenientes,
 antiquamque urbis dignitatem renovare cu-
 ritates ordinem senatorum, quos iam per multa
 curricula temporum deperierat, constituunt,
 et rursus cum Tyburtinis bellum instau-
 runt. causa vero tanto immanitatis fuit,
 quod in priori anno dum cum pontifice suo
 in obsidione profecto civitatis morarentur,
 civibus egressis et cum ipsis vicinorum con-
 sentibus, multis amissis spatibus turpiter in
 fugam conversi sunt. Tacite nulla nisi
 qua diximus conventioni usque hodie se
 posse placari asserunt. Verum sapientissi-
 mus antistes providens, ne forte cultus
 Dei, quod per multos annos securitatem
 Urbis honorem a Constantino sibi traditum
 potentissime habuit, hac occasione quan-
 doque periret, multis modis tam minis
 quam muneribus, ne ad effectum res pro-
 cedat, impedire conatus. Sed invalens prope
 populo dum proficere non poterat, lecto
 cubans iuxta quoddam de futuris visione
 sibi monstrata in pace quiescit, eique Cae-
 lestinus vii religione et litterarum fi-
 entia proditus cum magna unanimitate
 electus successit. Circa idem tempus
 Veronenses, qui longo tempore cum Padua-
 nis Dispensionem habuerant, usumque,
 qui civitatem viciniam perierat, ab aliis
 deriderant, congressu cum eis habito
 plurimis captis eventissima potenter
 victoria. Caput XXIII.^a
 Quem finem Joannes Constantinopolita-
 nus post expeditionem Lyria habuerit:
 qualiter vel quare filius eius Manuel factus
 cum rege nostro inierit.

i. Donationem Constantini magni
 hic innuit.

ii. Die 27 Sept. a. 1143.

a. 11.
 Ed. Caput 24. XXVIII.

Anno ab incarnatione Domini MCXLIII.

Cato Johannes Constantino-politanus imperator, qui filio suo Manuel seniorem sequens Ysaacius Despondans cum rege Romanorum Conrado amicitia foederis iniicit, ab Antiochensium principe Raimundo, qui ei provinciam illam pro pecunia cum ipsa urbe intraverat, Syriam cum maximo ingressus exercitu promisso frustratur.

— Cui venerabilis Gabuleasis episcopus St. viriliter in faciem restitit, cumque ex parte Romani pontificis et imperatoris, eo quod propheta civitas a Latinis perdidisset, ut ab eius impugnatione desisteret, inter se commouit. Ille autem eo quod a principe Delusis opes, civitati quidem reperit, sed totam ferro flammaque occupans provinciam, crematas quoque, quoniam grandis ibi copia est, de cellulis suis eductos, non Cato, id est, boni - Johannis officium agens, crudelissime tractavit. Ipse vero non multo post sagittis toxicatis venationi inspergens ab una earum ex improviso vulneratus, miserrime rex opulentissimus in ipso proinctu diem obiit, ac Manuel filio suo regnum reliquit.

Per idem tempus Folco Hierosolymorum rex moriens filio suo Folconi adolescenti regni gubernacula dimisit. At Manuel ad regnum sublimatus nuntios ad regem Conradum cum pretiosis muneribus, sicut et prius pater eius fecerat, dirigens foedus renovavit. Et sicut frequenter inter hos duos imperatores a translato ad Francos Imperio nos iste pro diversis oportunitatibus servatus est; sic et nunc inter Johannem patrem huius, et Conradum contra Rogarium utriusque Imperii invasorem haec facta est confederatio.

1. Coniugis Conradi regis, filii Beringeri comitis de Sulzbach, qui priorem habebat Bertham Monachi Comune unquam, de sub nomine Gene.

2. Hugo Gabulensis em. 1136 concilio Antiocheno interfuit, ex Willelmo Tyrno Hist. belli sacri L. XVI. c. 18 apud Boogart. gesta dei per Francos. Dubium est, an idem sit cum illo hic et cap. 33 memorato.

3. A Ysaac Kaxos.

4. Die 8 April. 1143 in Cilicia.

A. 1144.

Hisdem diebus propter absentiam regis, Italid urbibus in insolentiam Decedentibus Veneti cum Ravennaten sibus, Veronenses et Vincentini cum Paduanis et Tarvifensibus, Pisani Florentini cum Lucensibus et Senensibus atrociter Rebelantes totam hanc Italiam cruore, prodis et incendiis permisuere. Proterea enim, quod supra diximus, Paduanis prior anno illata incommoda, Veronenses et Vincentini sequenti^{anno} castella, viros et agros Tarvifensium ferro flammaque vastavere. Veneti etiam ac Ravennatenenses plurima mala terra marique alternitum in tulere. At Pisani et Lucenses propter nimiam vicinis opportunitatem in desepo furore bellantes ruina sua omnes Tuscia vices implicuere. Nam et Florentini unacum marchione terris Ultricoⁱ usque ad ipsas portas Senensium procedentes, suburbia eius cremaverunt. Senenses vero numero et viribus impares se cognoscentes Florentinis, Lucensium auxilium flagitant. Lucenses tametsi pro ipsis, quam pro comite Guidone Guerra, qui et ipse cum Florentinis atrox bellum gerens eos adierat, Florentinos hostes pronuntiant. Illi autem Pisani adiuuncti non solum Lucenses bello attentant, sed et castella, oppida, agros profati comitis incendio et rapina devastant. Senenses etiam, qui ad vastandos agros eorum egressi fuerant, insidiis a tergo positis, vix paucis fuga elapsis, captivant. Porro ex Pisani et Lucensibus non tantum urbe plurimum ferro copi compendio mortis miseriam miserabiliter

1. Ultricus Tuscia marchio.

2. Guido Guerra potens in agro Florentino comes. Vid. Sigonius de regno Italiae L. XI ad h. a.

terminaverit, sed et innumerabiles ut-
terius comprehensi, ac longa, ut ipse
vidit, carceris inedia et squalore macer-
ruti omnibus protervatibus lacrymabile
humani caput in spectaculum praeberet.

Cajus XXV. 2.

Quod Lucius Paps Coelestinus succedens
persecutionem a Romanis patitur.

His diebus Coelestinus papa Innocentio suc-
cedens Lucio sedem reliquit: qui gravem
a civibus persecutionem passus humiles
ad regem Conradum litteras, suam et totius
Italiae oppressionem continentes, misit,
ipsaque ad patriam Romanam eub-
sistit quamvis frustra invitavit. Popu-
lus itaque Romanus factoribus, quos
ante instituerat, patricium uelicit, Ior-
danemque Petri Leonis filium ad hoc eli-
gentes ipsi omnes tanquam principi
subiciuntur. Dehinc pontificem suum
adeunt, ac omnia regalia eius tum in Urbe
quam extra urbem posita ad eius sui pa-
triciū repossunt, eumque more anti-
quorum sacerdotum primitiis et oblatio-
nibus et decimis sustentari debere dicen-
tes animam iniusti affligunt. Insuper
infra anni spatium pontificatus sui diem
obit, et Eugenium communi voto cleri
et populi successorem reliquit.

Eugenius itaque in principis dignitate
suscepto pro sollicitudine reddendorum
patricio regalium cedit, ac proxima domi-
nica in monasterio Fursensi consecratione
pontificali persecutionis inhumanitatem
morem mutans sublimatur. Ad hunc
papam Eugenium venerabilis Clavallensis
abbas Bernardus librum de consideratione
sui quatuor distinctionibus ordinatum
conscripsit, cui quo perfecto videri ac

a. U. utrobique.

1. Videtur hoc Otto, dum an. 1145 ad Lu-
genium III. Viterbū morantem profe-
ctus est, ut scribit Barroius.

Ed. cap. 30. ab hunc codice Diff.

a. 1147.

2. ~~habetur in 31. capite~~
2. Apud Urbsicium huius capite 31 habetur,
eodem quidem sensu, aliis tamen plu-
rimaque verbis.

3. Die 4. Martii a. 1148.

subtilissimi ingenii perspicuitatem evi-
 dentissime demonstravit. Nam idem aposto-
 licus, prius Bernardus dictus, et primum
 Vice-Dominus Pisanus, ac deum in Clara-
 valle omnibus mundanis pro Christo sacerdotis
 eiusdem venerabilis Bernardi abbatis Dis-
 cipulus effectus, ac ab eo postmodum mo-
 nasterio B. Anastasii Cisterciensis ordinis
 in urbe Roma abbas prolatus, deum summus
 pontifex, ut prodibavimus, constituitur,
 ac post consecrationem furorē populi Ro-
 mani declinans ad munita se loca transpa-
 lit; postque Viterbium veniens ibi ali-
 quamdiu mansit. At populus Romanus
 cum patricio suo Romano Jordane in
 furorē versus, prospecturaque dignitatem
 a volentes, omnes principes ac nobiles
 ex civibus ad subiectionem patricii com-
 pellunt, et Cardinalium et clericorum,
 et quorundam illustrium laicorum sub-
 rientes domus prociā immensam diri-
 uunt: ac multa mala committentes
 caesepiam B. Petri omnium caput eulo-
 giarum incastellare sacrilege ac profa-
 nisime non metunt. Peregrinos causa
 orationis advenientes ad oblationem
 quosdam gratia plagis et verberibus
 afficiunt, ac quosdam ex ipsis offere
 nolentes in ipso templi porticu ceciderunt.
 quos venerabilis pontifex, percussis prius
 cum quibusdam fautoribus suis anathematis
 gladio Jordane patricio, adiuncta Tybur-
 tina Romanorum antiquis hostibus militia
 coercuit, tandemque pacem petere coegit.
 quam pacem eo tenore dedit, ut patri-
 tius dignitatem exspectarent, et patri-
 ficem in pristinam dignitatem reciperent,

senatores vero ex eius auctoritate te-
nerent: sicque in Urbem rediens Nōtale
Domini ibidem celebravit.¹

Caput XXVI. 2

De nuntiis Armeniorum Romanam
ecclesiam consulentibus: de causis
diversis.

Anno Dominice incarnationis MCXLV.

legati Armeniorum episcoporum eorum-
que Metropolitani, quem ipse Catholi-
cum, id est, universalem papam propter
nomen sum, id est, amplius quam mille epi-
scoporum sub se habentem numerum, de-
nominant, ad summum pontificem Eu-
genium Viterbium venerunt, laboriosum
iter a summo pene Oriente per annum
et sex menses complentes: eique ex parte
illius ecclesie subiectionem omnimodam
consalutando offerentes, causam videlicet
apud veterem aulam multis presentibus
tuliter aperuerunt. Inter ipsos enim et
Græcos quoddam de ritu sacrificii similis
habitus est in quibusdam, in aliis vero
discrepantia. Ponunt enim fermentatum
sicut et illi panem, aquam vero non ad-
miserunt sicut nos et illi. Posterea Na-
tivitatem Domini Epiphania continuon-
tes quas festivitates illas unam faciunt
antiquo more Orientalium, sicut in col-
lationibus Patrum in secunda seu abba-
tis Ihuac de oratione invenietur.⁴ His
Pro his aliisque Romanam ecclesiam in-
dicem diligentes consultum venerunt, for-
mamque sacrificii iuxta consuetudinem
eius sibi dari deposuerunt. Quos Roma-
nus antistes quatenus suspiciens, in pa-
rum solemnitate ac sacrificii secretis ad-
hibuit, diligenterque ea, quae ibidem

3. Vid. Sigonius de regno Italico
LXI. ad an. 1145.

Vid. edit. e. 30.

2. Et hoc caput, in editis 32, ibi atiten-
se in pluribus habet.

3. Notari merentur, quod hic in Urbsis
a d. d. sunt: nobis cum aliis multis pre-
sentibus. Ottone Frisingensi. Tunc
Viterbii fuisse presentem, supra ad caput
XXIV notavimus; quia igitur hinc no-
bis sit omisum, et insuper tanta di-
versitas a precedenti capite et deinceps
inter Pithæum Urbsis nostrumque
Turiceensem codicem notetur, haud vana
videtur coniectura nostra in monito
p. 10. proposita, Ottone Blasium
chronicam Frisingensem inde, scilicet
ab anno 1145, exorsum fuisse, recapi-
tulando mirram ultima septem libri
capita.

4. Vid. Cyprianus L. 10. cap. 2, et Mauri
hieroglyphicon v. Epiphania.

fiebant, eos ad vertere monuit. quod dum
 facerent, intantique sacro altari adstarent,
 unus ex eis pontificali dignitate proditus,
 sic postmodum in plena curia retulit, in
 B. Martini octava, quando dedicatio ec-
 clesie B. Petri celebrari solet, summo
 pontifice divina mysteria agente, splendi-
 dore fulgore radiis solis super caput
 eius conspicere, et in ipso radio duas co-
 lumbarum descendentes videt. Cumque dili-
 gentius huc illaque oculos circumferret,
 nullumque aditum, per quem lux illa in-
 funderet, videret, deificum opus cognoscens,
 ac ad obedientiam apostolicis seis magis
 accensus cunctis, quae viderat, aperuit.
 At venerabilis pater Eugenius non suis
 hoc meritis attribuens, ipsius pro fide
 coelitus sibi monstratum affirmabat:
 ut videlicet ecclesia, a qua nipus ipse erat,
 sacramentorum vis salutem veritatis luce
perfusa cognosceret, ac deinceps quati-
 ea reverentia tractare deberet, ad disceret.
 Retulit etiam pro futuris episcopus,
 quod in confinis Armeniarum quaedam gentes
essent, quae factus suos factentes generarent,
 eosque statim ad aquas Armeniarum la-
 vandos transmitterent, quos dum illi
 baptismatis unda tingentes innatum eis
 factorem propellunt, mox in reversi ad
 paganismi ritum et superstitionem redirent.
 quod utrum facere deberent, item Roma-
 nam ecclesiam consultarent.

Circa haec tempora Conradus Mara-
 vensis comes conspiratione cum Boëmis
 facta Ducatum terre illius affectans de
Muravia in Boëmiam exercitum duxit.
 cui dum Labe relatus dux cum copiis occur-
re pararet, a suis proditus fuge pro-
silio via periculum moribus evasit:

i. Hic in codice Tyrnovo erronee rursus in-
 seruntur, quae iam supra cap. XXII habentur
 de Conrado Muravenji comite sa-
maritione, ut tamen post verba in Duca-
tum restituit, sequentia adduntur: "Qui post
discessum regis mediis super vivens tem-
poris Loullam successorem habuit,
qui sororem regis Conradi nomine Ger-
trudem in matrimonium accepit.
 Hic Bovitium fratrem Stephani regis
Ungarorum, filium Colomanni, sed ex
alia matre quam Stephanus, videlicet
Ruthenorum et pro pro in poly
blutt et

AB.
 Vid. hoc supra cap. 22.

sicque profugus ad regem Conradum ve-
 niens casum suum deplorat. Quare rex
 misericordia motus cum exercitu in Boe-
 niam rediit, ac Pentecostevi urbe Braga
 regionis ipsius metropoli celebrata, Conrado
 fugato, in Ducatum restituit. Qui post dis-
 cepsu regis mediis supervivens tempore
 Lauclaudum successorem habuit, qui sororem
 regis Conradi nomine Gertrudem in ma-
 trimonium accepit. Hic Bonitium fratrem
 Stephani regis Ungarorum filium Colo-
 manni, sed ex alia matre quam Stephe-
 nus, videlicet Ruthenorum sive Chios re-
 gis filia, a Bela Alani filio, ut supra re-
 latum est, regno paterno expulsum ad
 regem Conradum flebili voce conqueren-
 tem paterni privationem regni deduxit,
 interventuque ipsius auxilium regis in-
 petrauit.

Caput XXVII.

Qualiter captus sit Edessa.
 Eodem Dominice incarnationis anno in
 ipsa sacrosancta Nativitatis solemnitate
 loquere et miserabile exsecuto
 Christiani populi accidit in Oriente per-
 culum. Sanguinus enim quidam Hala-
 pensis Syriæ ac Mesopotamiæ, excepta
 Antiochia et Damasco, princeps, Persarum
 vero et Medorum regis seu Soldani sub-
 ditus, Edissam, quæ nunc Rodas dicitur,
 unicum Hierosolymitanæ ecclesiæ pro
 magnitudine et abundantia sui refugium,
 cum infinita multitudine Saracenorum
 circum sedet, et in ipsa die Nativitatis
 Domini irrupit, cunctis ibidem Christianis
 cum episcopo vestis in ore yladu occipit
 vel captivatis. Ecclesias etiam et præcipue
 B. Mariæ semper virginis basilicam, et
 eam, in qua reliquid S. Thomæ Apostoli
 reconditæ sunt, ad Salvatoris nostri signoriam

+ Sequentiæ h. e. non habentur.

Vid. supra cap. 20.

¶ Zuni Avriju bla et wta i.
 Hæc partim eadem sunt quæ
 iam supra cap. 20 narrantur

i Caput hoc in Vestigio duobus prioribus
 promittitur, et trigessimam
 inscribitur.

Ed cap. 30.
 2. Edessa captus est exente anno 1144 in
 Nativitate Domini, a qua quum scriptum
 Telle hic in hunc et hunc. Itaq. annum 1144
 inchoavit, id vulgo ad annum 1145 re-
 fertur, ut liquet ex Ottone edito; anno
 Dominice incarnationis M.CXLV inci-
Germanicopolis. E. Cerina. Nucopolis

E. o. Modæ. E. Dem

Domiciopolis. E. Demetioopolis.

Stedi. E. Spidihumopolis.

Zinopolis.

Adeason. E. AGrason.

Miloy. E. Milon.

Neapolis.

In Syria.

Sedes nona Damascus, sub hac ^{parte} sunt X. ^{v.}
episcopatus.

Abli E. Abli parva non.

Panuron

Laodicia. E. Landotia.

Curia. E. Tuna.

Conocora. E. Eono. Eora.

E.o. Labuda. Explicit.

E.o. Davabi

E.o. Karothia.

E.o. Hadini.

E.o. Subaquini.

Explicit Provinciale, quod excepit
magister Tancredus de libro Romano
ecclesie, ubi hae plenariter conti-
nentur.

Othonis de S. Blasio chronicon
ab an. 1176. usque 1209.

Caput I. an. 1176.

Anno Dominice incarnationis MCXLVII. summus
pontifex Eugenius ecclesie Transmarine
paterne condolens multos ad Hierosolymi-
tanum iter accendit, ac venerabili Bern-
hardo Clardvallensi abbati onere predi-
cationis vice sui imposito, ex omnibus
mundi partibus Cismarinis innumera-
bilem exercitum coadunavit. Venerabilis itaque
pater Berthardus, inductus virtute Spiritus
ex alto, ad iunctum sibi predicationis
officium non sequiter accingitur, virtuteque
verbi, omni gladio ancipiti penetrabili,
miraculorum comitante incomparabili
gloria, totam Galliam et Germaniam para-
gravit, et ad expeditionem Transmarinam
innumera- biles aucondit.

Caput II. an. 1177.

Anno Dominice incarnationis MCXLVIII.
Conradus rex, mortuo fratre suo Frederico
Suevorum Duce, filio eiusdem nominis Duce-
tum concepit, ac pariter cum ipso Cruce
peregrinationis accepta ^{hinc} Hierosolymam adit.
Præterea Welfæ Dux, Henricus Noricorum
Dux, et multi alii principes et episcopi
cum innumera- bili Diverso conditionis
exercitu eandem viam aggregi per Un-
gariam et quoddam iter ^{invenit} arripuerunt, ac Fran-
corum regi Ludovico cum multis principibus
sue gentis illuc tendenti consociantur.

Reinholdus 1723
Moral. Script. T. VI. p. 866.

LXI

1723

gratia

et nostrorum partem.

2. In itinere itaque multa pericula passi,
 plurimisque Diverso morbo⁺ consumptis,
 Conradus rex cum suis mari emenso Pto-
 lemæidam applicuit, ac inde itinere ter-
 reno Ierosolymam veniens, cum maximo
 tripudio a Patriarcha, & Rege, et uni-
 versis civibus excipitur. Post hoc quoque
 Ludovico Francorum Rege cum aliqua parte
 exercitus pari honore suscepto, contra Sara-
 cenos provinciam movent. Regione itaque
 Paganorum Diversis modis igne ferroque pro-
 fligata, Damascum obsidione circumdissam
 urbem, Paganis pro posse resistentibus,
 toto nisu impugnant. Itaque Pagani
 vim Christianorum non sustinentes, con-
 stitioes, Militibus templi mediantibus,
 pro velle Principum statuunt: sique
 obsidione soluta exercitus Christianorum
 discessit, ac Ierusalem veniens cum tri-
 umpho suscipitur.

+ Ed. modo

ing

+ Ed. suscipitur.

+ Ed. reliqua

i. In editis sequentiâ adnotatur: His die-
 bus Petrus Baillardus (Abailardus) re vera
 De Trinitate loquens, hæresim
 Arianam resuscitare molitur. Contra
 quem venerabilis abbas Bernhardus velut
 contra Ecclesiæ hostem insurgens, viva
 voce scriptisque ipsum magnifice con-
 vincens hæreticum probavit: scriptisque
 eius synodaliter examinatis ab A. respo-
 lico, et damnatis, ipsi de cetero silen-
 tium imposuit.

Chronicon S. Blasii ad h. a. Hic adnotari
 placet, quod hoc anno, Irino, ut credimus,
 nutu, accensus est pene per omnes culpas
 ille ignis Ierosolymitani itineris, sua-
 dente verbis Bernhardi abbate venera-
 bili. In quo etiam eclipsis solis facta
 est VII. Kal. Nov. Dominica die ante
 meridiem. Item: Fridericus Rex Alemannorum
 moritur, cuius Ducatum filius eius Fri-
 dericus accepit.

Anno incarnationis Dominice MCXLVIII.
 Conrado Rege repatriante Henricus Nonis-
 rum Dux, filius Leopaldi, juvenis Henrici
 Imperatoris, frater Conradi Regis filiam Im-
 peratoris Constantino politani, prius sibi in
 itinere desponsatam, in matrimonium
 accepit, et ex ea Leopaldum, patrem Leo-
 paldi Ducis Orientalis et Frederici ju-
 venis sui, qui transmare obiit, Ducem Bre-
 misimum genuit. Hic Henricus Dux bello
 cum Ungaris habito victor, ipsos de ter-
 minis suis, multis ex eis occisis, gladio
 fugavit.

i. Ed. victor exhibuit, ipsosque de-

Caput IV. Anno 1152.

Anno Dominice incarnationis MCLII. Con-
 radus Rex moritur, eodem videlicet anno,
 quo hospitatus est in civitate Treburgenſi,
 Syciam deportatus obsequiis regalibus + Ed. exequiis
 sepelitur anno regni sui XV.

His temporibus Eugenius Papa synodum
 episcoporum congregavit, cui per se pre-
 sident, multaque prava corrigens, inter cetera
 librum Gisleberti Pictaviensis episcopi susce-
 ptum eo presente examinavit: in quo reper-
 verba Boetii de Trinitate, sana quidem
 et catholica, male commentatus est hoc
 modo: Pater est veritas, id est, verus: Filius
est veritas, id est, verus: Spiritus Sanctus ve-
ritas, id est, verus. Et hi tres simul non
tres veritates, sed una veritas, id est, unus
verus. Quae expositio Papae ceterisque
 episcopis perversa visa est, omninoque su-
 specta: quod secundum Augustinum Deus
 non nisi ea magnitudine magnus est, quod est
 quod ipse: et non nisi ea veritate verus
 est, quod est quod ipse; alioquin illa erit
 maior magnitudo vel veritas, qua Deus ma-
 gnus vel verus est, quam ipse: quod

ii Otto.

fateri absurdissimum est. Nam expositi-
onem venerabilis abbas Bernhardus in li-
bro suo super Cantica Canticorum capitulo
LXXXI. sic corripit: Pater est verus, id
est, veritas; Filius est verus, id est, veritas;
Spiritus sanctus verus, id est, veritas. Sicque
verbis tantum transpositis sanus est intelle-
ctus. Item liber in nonnullis a vera
fide vitiosus est discipulus; et ideo synode-
liter reprobatus et damnatus est, Episcopo
libri ipsius auctore humiliter confes-
siente, ipsaque ~~omni~~ ore regio damnante:
suique solutum est concilium.

a. Ed. canonica.

Chron. S. Blasii h. a. Conradus
Dux obiit. Conradus III. Rex obiit,
et Fredericus Dux Alamannorum
Rex effectus.

Capit. V. Anno 1153.

Hinc Dominica incarnationis MCLIII.
Fredericus Dux Suevorum, mortuo Conrado
patre suo, a Principibus Rex creatus,
nonagesimus quartus ab Augusto re-
gnavit. Eugenius Papa obiit, cui Ana-
stasius successit. Eodem anno in me-
morie beatissimus Bernhardus abbas
Clarevallenfis, doctor egregius, ac mul-
torum monasteriorum pater, XIII. Ca-
lends. Septembris migravit ad Domi-
num. Anastasius Papa obiit, cui Adria-
nus successit, in ordine centesimus se-
xagesimus.

Patre suo in Cod. Thes. omissus.

Chron. S. Blasii: Eugenius Papa obiit.

Anno Dominico incarnat. MCLIV. Henricus
 Dux Saxonie, filius avunculi Frederici
 Regis, filius Henrici ex filia Imperatoris
 Lotharii, Ducatum Noricum sui iuris
 hereditate paterna affectans, cum Henrico
 filio Leopaldi, patris Frederici Regis,
 qui eundem Ducatum beneficii loco a
 Rege Currado acciperat, toto nisu con-
 tendit: Henrico non minore ambitione
 sibi resistente. Quorum litem Fredericus
 Rex sedare cupiens, utrumque enim linea
 consanguinitatis tangebatur, consilio Prin-
 cipum saliter definitum est: ut Marchia
 Orientalis, quae prius Ducatui Norico
 iure beneficii subiacuit, a Ducatu seivincta
 per se subsistens, nulloque respectu iuris
 Duci Baravarie subiacens, Ducatus iure
 et nomine constaret, hocque Henricus
 filius Leopaldi, Principis iure et Ducis no-
 mine et honore sublimatus, contentus
 esset: Ducatu Norico Henrico Duci
 Saxonie cedente. Ad hoc utroque con-
 sentiente, Dux Orientalis Princeps
 dictus est. Siquae Henricus fratruelis
 Welfonis Ducatu Baravarie et Saxonie
 petitus hereditatem paternam conse-
 quitur.

Sherr. Confistens

Th. ad hoc

addit Th. l. lite decisa qui prius Marchio

a. Ed. seivinctum. b. Ed. motus:
 lite decisa, qui prius Marchio.
 Chron. S. Blas. Anastasius Papa
 obiit.

Chron. S. Georgii: Fredericus abbas S.
 Georgii obiit, cui Guntramms in
 abbacia successit.

Anno Domini incarnat. MC LV. Henricus Dux Saxonie Fridericus Rex contra Ducem Polonorum provinciam movens, regionem ipsius armata manu ingressus est: transiitque preter spem quoddam fluvio cum exercitu, regione devastata, ipsum ad Devitionem coegit, ac consummationem per aliquot annos neglectam redire compellens, et expeditionem Italianam ipsi indicens, omnino subiectionem sacramento sibi firmari fecit. Quo promisso omnimode frustratus est, nam post regnum Regis periturus effectus nec expeditioni interfuit, nec cetera, que sacramentis firmaretur, custodiens iram Regis promeruit.

Eodem anno, Dispositis pro voluntate sua in Gallia et Germania rebus universis, Fridericus Rex, contracto ex omnibus regni visceribus exercitu validissimo, provinciam movit in Italiam: ubi multis pro libito consummatis, omnibusque rebellibus subactis, Terdonam, que sola restabat, obsidione circumcepit, et destruxit. Exin ad Urbem tendens, Romanis resistens, Urbe arictur: quos forti aggreptione in brevi exsuperans, multis occisis, favente sibi Adriano 2. apostolice Urbem ingreditur, ab eoque consecratus Imperatoris et Augusti nomen, nonagesimus quartus ab Augusto, sortitur, Romanis interim seditione mota cum exercitu Imperatoris confligentibus, tandem fugatis et victis ad Devitionem coactis, omnibusque ibidem bene Dispositis, presentibus Colonienfi Archiepiscopo et Hermanno Constantienfi Episcopo, et quibusdam aliis Principibus, ad ulteriora contra Wilhelmum filium Rogerii, qui Avuliam

Th. Colonorum

a Ed. quarto.

in cod. Th. Adriano omittitur
in margine addit manus recentior
Adriano uij.

usurpato Regio nomine tenebat, pro quibus
 Dissolut. Sed ab aliis Dissolutus hoc in
 posterum Differens, ad Cisalpinam revertitur.
 In itinere insidias a Veronensibus passus,
 ipsis non impune talia licere necesse iratus,
 sui ostendit. Ponte enim eius inspic ad trans-
 portandum exercitum per Althesim fluvium
 a Veronensibus navibus compactis structo,
 quidam Albericus ex ipsa civitate, et aliunde
 latronum manu in immensum conflata,
 preparatis quibusdam natatilibus instru-
 mentis, in superioribus fluminibus insidias
 tendit, ut parte exercitus fluvium
 transiente ipsi usdem instrumentis compage
 navium Dissoluta reliquam partem exer-
 citus citra remanentem iuxta invaderent.
 Sed post conatus eorum in vanum, sic
 eventus cepit in periculum. Machinati
 enim, uti dictum est, ubi statuerant Impe-
 ratorem invadere, ipse iam copis ex toto
 fluvio transpositis progressus fuerat,
 iamque cum toto exercitu ad Althesim ven-
 tebat. Illi itaque per notum sibi com-
 pendium procedentes in angustiis Altherum,
 parte exercitus iam progressa, Imperato-
 rem cum reliquis offendunt; ac nisi pecunia
 se redimat, viam sibi intercludi. Celloque
 congregari mirantur. Imperator itaque, ut
 semper et ubique imperterritus, late
 pectum cum latronibus Imperatorem invire
 deducoripsum existimans, et hoc protestans,
 cum exercitus parte, quae restabat, ac se
 ad confligendum modis omnibus preparavit.
 Igitur Otto Palatinus de Witelisbach se-
 nior, pater Ludovici Ducis, qui postmodum
 Bavariae Dux effectus est, lectis de exer-
 citu frenis, valle gyrata, hostibus insis,
 signo relecto montana ascendit, ipsosque
 a tergo signo dato cum clamore invadens,
 in precipitium compulit: sique omnibus

Ed. quo. Th. addit. quo

Th. loco quidam legit quibusdam

+ Ed. fluminis sic etiam Th. legit

Th. tendit

+ Ed. omni Th. omni

+ Ed. substitit, et statulit sic etiam leg. Th.

in margine...

8
morti datis, captos ex eis duodecim prae-
cipuos Imperatori tradidit; ex quibus
undecim patibulo suspensi, uno dimisso,
qui reliquos inhaererebat. Imperator
per vallem Tridentinam triumphans glo-
riose repatriavit, iamque Alpibus trans-
missis exercitum ad propria remisit.

Th. suspensis.

Chr. S. Blasii. XVI. Kal. Febr. factus
est huiusmodi sexta hora noctis.

Friedericus Rex Imperator efficitur, et
Romanorum plures in bello occiduntur.

Capitulum VIII. Anno 1156.

Anno Domini incarnationis. MC LV.

Episcopus Lundonienfis cum quodam alio
Episcopo, collega suo, a Romana curia rece-
dens, ac per Burgundiam repatriando iter
faciens, a quibusdam capitur, rebusque
omnibus denudatus lucri gratia in custodiam
mittitur. Dissimulante Imperatore, queri-
moniamque pro hac re parvipendente,
qua ^{causa} Dominus Apostolicus Legatos
suos ad Imperatorem misit: qui Bisun-
tium, ubi generalem Curiam tunc temporis
Imperator habebat, venientes, litteras Aposto-
licas Imperatori coram Principibus repre-
sentant, quibus pro dissimulata captiva-
tione Lundonienfis Episcopi redarguitur, Im-
perium de manu Apostolice se recepisse ad-
monetur. Quo audito Imperator, et omnes
praesentes Principes, maxima indignatione
accensi, quod quasi iure beneficii sub ho-
minio a Cesare Imperium a se suscepisse
Papa gloriaretur: et cum clamoris maximo
preputu in Legatos omnes inrecti, vix ma-
nibus temperabant, indignum ducentes,
tali contemptu Romanos gloriari. Unus
autem Legatorum, quasi pro Apostolice lo-
quens, stolidissime his ita respondit: Si ergo
a Domino Apostolice non habet, a quo habet?
quibus verbis commotus Otto Palatinus de

Th. in quibus

a. Ed. sub homagio.

Witilinus bach, qui gladium maiestatis Imperatoris adfrans tenebat, ipso gladio evaginato, in actu in Cardinalem factus, vis ab Imperatore retentus est, quin exilio Cardinalem dedisset. Tandem multis iniuriis impetiti a conspectu Cesaris eliminantur, Sicutendi que ad episcopia vel canonica quodstus gratia evasione omnino interdita, via regia Romam reverti iubentur. Qui reversi Apostolica iniuriam sibi irrogatam conque- runtur, seque via mortem evasise protestati sunt. Imperator autem missis litteris in omnes Regni terminos cunctis Principibus irrogatam Imperio a Papa et Romanis calurniam conquestus est, et ut ipsi dedecus Imperii summo opere vitetur.

Capitulum IX. Anno 1157.

Anno ab Incarnatione Domini M. CL. VII.
Principes verentes, ne controversia inter Regnum et Sacerdotium in vimensum conflata Respublicam involveret exitio, a postolium per Episcopum Babenbergensem, et alios Romanos Directos, eadem de causa conveniunt, et ut Imperatorem litteris minoribus (s. ruitioribus) et aliis Nuntis de notabili priorum litterarum arrogantia se excusans placaret, dant consilium. Apostolicus autem audicus, Nuntis Cesaris, Cancellarium videlicet et Ottorem Palatinum, Italiam intrasse, negotiaque Imperii potenter disponere: nam conventus imperatorios absque Imperatore, immo curiam, si dici fas est, cum Episcopis Italis, qui quindecim numero quodam conventu congregati erant, et cum aliis Italis principibus celebrabant, et tunc quoque super- venturum Cesarem, salutifero eorum consilio consensit, ac supplicibus litteris cum con- digna salutatione per idoneos Legatos de- obiectis se excusans, mediantribus Principibus Cesarem placavit, et a priori

Th. M. C. L. VII.

Th. minoribus

Ed. curias
Th. imo si curias dici fas est,

Th. timens qd

indignatione revocatum animo equivoce
reddidit: sique Imperatoris ira contra Ro-
manos excitata ad tempus quievit.

Caput X. Eodem anno.

Circa hoc tempora Fredericus Imperator
generalem Curiam cum maxima Principum
frequentia apud Constantiam habuit, ubi
que eorum Hermannus Episcopus in choro
Constantiensi uxorem suam, filiam Marchi-
onis de Vohlbach, Adelheidam nomine,
causa fornicationis sepius infamatum, re-
pudiavit, sique postmodum filiam Re-
ginoldi Principis ac excellentissimi Lo-
tharii Burgundio, nomine Beaticam,
superduxit. Ex hac Matrice genuit Tri-
dericum Ducem Sueviae, Henricum Impera-
tolem, Conradum Ducem, Ottobrum Comi-
tem Burgundio, Philippum Regem, qui
omnes in brevi perierunt.

Th. adala nomine

Caput XI. Anno 1158.

Anno Dominicae incarnationis MCVIII.
Fredericus contra Wilhelmum, Rogerii
filium, invasorem Apuliae, Calabriae, Sici-
liae, expeditionem in Austrum, a Mediola-
nensibus rebellantibus multis iniuriis affe-
ctus, in ipsos arma convertit, et per vallem
Trentinam subito secundo in Italiam exer-
citum duxit; ac ad plana, perveniens, prope
Lapiensem et Cremonensem castrum, Italico
exercitu a Imodium roboratus, Mediola-
nenses hostes pronuntiavit, totaque Liguria
igne ferroque profligata Cremonenses Me-
diolanensium fautores obsidione cinxit:
multisque diebus diversisque modis attri-
tos tandem per conditionem suscipiens,
ut vita Donati Provincia excederent,
civitate tradita, ipsam funditus evertit,
ac secundo contra Mediolanenses aciem di-
rexit.

a Ed. subito.

Th. Cremonenses

Th. vitae item l. excederent legit cederent

Itaque signis contra Mediolanum erectis

Imperatore nesciente, milite de exercitu
 milites instructissimi contra Mediolanenses
 prorumpentes, cives ante portas ad bellum
 ordinatos offendunt, quos incaute ad-
 quiescentes alacriter a civibus suscipiuntur,
 pugnaque conferta, multis hinc inde occisis,
 milites Cesarioni pro paucitate sui non
 civium non ferentes fugam ineunt. Quo
 reoato militum Cesar iratus et a vindi-
 cta vix se continuit, ac interdicta tali pro-
 sumptione in posterum, militibus data venia,
 urbem obsidione undique vallavit.
 Cecidit in hac congressione ex parte Cesaris
 Egebertus Comes de Putingon, et alii
 plures.

+ D. Offen Punt. fictus leg. M.

a. Ed. irritatus.

Th. de Putingon.

Itaque cives Cesaris industria undique
 arctati fortiter resistunt, ac illatum sibi
 damnum viriliter reconspicientes, portis
 sepius erumpunt, patratique hinc et
 inde proclavis facinoribus, hinc inde multis
 occisis, non sine maximo exercitus damno
 portis recipiuntur. Quodam enim eruptione
 cum Cesarianis congressi, ubi Italianis
 militibus obsidebantur, congressi Veru-
 herum, Italianum Martionem prostantissi-
 mum, cum multis aliis occiderunt, de cives
 nomine dicitur in huc Veruheri marchia.
 Ex his autem civibus quotidie multi passim
 machinis et congressionibus perimebantur,
 ac diversa sorte respum dati multis malis
 afferebantur.

Cives itaque, Cesaris in petum non su-
 stinentes, parca quippe obsidione, om-
 nibusque bellicorum instrumentorum ma-
 chinis impugnatos admodum attriverat.
 conditione, raris mediante Frederico Duce
 de Rotinburch, Henrico Duce Bavariae
 et Saxoniae, Bertholfo Duce Turingiae,
 nec non et Rege Bohemiae, ab Impera-
 tore quodam, multoque auxi pondere
 Imperatrici collato, nec non infinita
 pecunia Imperatori vix inpetratar.

¹² a p[er] tali modo accipiant, Imperatore
 ad impetrata, ut iam dictum est, eis open-
 sum ante. Pace data dies statuitur,
 in qua cives se suaque omnia in manus
 Caesaris contradarent, sique obtento
 Principum gratiam eius invenirent, qua
 veniente Imperator venit a civitate.
 per quatuor ferme miliaria Latina se-
 cepit, ibique ^b tribunali ambitiosissimo
 instructo cum frequentia Principum re-
 sedit, uncto exercitu per turmas suas
 tractu longissimo a civitate usque ad
 locum tribunalis extento, totiusque mi-
 litaris gloriae apparatus decentissime in-
 struito. Via itaque per medium exer-
 citum usque ad Imperatorem civibus
 patefacta, primo procedit Archiepisco-
 pus sacerdotibus indutus, nudis pe-
 dibus, cum omni clero, et ceteris ordi-
 nibus ecclesiasticis summi habitus, laetifici
 facie, Reliquias sanctorum gestantes.
 Post hos consules, atque omnes dignita-
 tum Barones, cum omnibus liberis con-
 ditionis hominibus, nudis pedibus, sagis
 induti, exortis gladius collo in ipsis.
 Post hos servilis conditionis cum omni
 vulgo, torque collo innexo, eadem via
 suo quidque ordine venientes, pedibus
 Imperatoris procolutus, seque maie-
 statis reos verbis et gestibus profitentur.
 Principibus ergo pro eis supplicanti-
 bus, subiacitioneque omnimoda sacra-
 mentis firmata, Imperator ad mi-
 sericordiam flebitur: ipsosque vite
 et civitati, pristinisque honoribus
 redditos. De malis peiores: sicut
 in sequentibus ostendemus, reddidit,
 sique soluta obsidione cum exercitu
 discessit.

a. d. tali modo pacem tali modo accipiunt. Pace data p.

b. d. inque c. itaque

+ d. ordinibus

a. d. proceduntur: (od. proficentes)

Chron. J. Blas. J. N. Kal. Febr. factus
 et sermo motus VII. hora noctis.

Diebus Caput XII. Eodem anno.

Hic ~~opus~~ Petrus Lombardus, et Petrus Manducator apud Parisios Magistri insignes claruerunt, multaque Ecclesia profutura conscripserunt. E quibus Lombardus librum Sententiarum quatuor distinctionibus ordinatum confecit.

In prima distinctione De Trinitate, quod Deus est, sublimissime tractans; in secunda De creatione rerum primordialium; in tertia De incarnatione Verbi; in quarta De sacramentis ecclesiasticis. Poster hoc in apostolum, nec non Galatium continuans, quos luculenter admodum exposuit, Deque digna conversatione Deque, apud Parisios Decepit.

T. i. v. d. a

Minutione characteris in scriptis desunt, ut in his habeantur.

Alter vero Manducator feliciter, conversatione et studio hunc non dispar librum scholasticus historicus utilissimum confecit, a principio Genesios incipiens Pentateuchum, librum Iosue, Iudicumque et Ruth continuavit;

T. i. que

libroque Regum Paratipomenon includens, cum ultimis Esaiam Tobiam completitur: transmigratione cum morte

godolio et visionibus Danielis Descripta, Esdrum, Hester, Judith, librumque Machabaeorum Diligenter persequitur. Exin Iosephum sequitur a

Iohanne Hieronimo usque ad regnum Herodis, natiuitatemque Christi historiam deducit; Evangelioque complexo, in articulis quatuordecim postquam totum

T. i. quod totum

conclufit: obscura quodque dilucidans, ambigua certa faciens, traditionesque Hebraicas cum incidentibus historiarum

notas faciens, ecclesiasticarum traditionum diversas species inducit. Poster hoc librum sermorum mira subtilitate composuit, in quo proter ubi utilia

moralitatem in artibus sequentium v. d. d. d. mortalium T. i. lego

intra more incubavit.

Caput XIII. anno 1179.

Anno Domini Incarnationis M.LXXIX.

Adriano Papa mortuo factum est schisma
 in electione, quibusdam Octavianum Car-
 dinalem, Victorem vocatum, eligentibus:
 alii Ruolanum Cancellarium Alexan-
 drum, in throni locantibus. Divisus itaque
 fuit schismate Cardinalibus, novem nu-
 mero in parte Victoris, undecim in parte
 Alexandri consistebantibus, res ad Impera-
 torem referunt. qui habito Principum
 consilio, ab his fuit schisma maiestate
 Imperatoria secundum eorum data sententia,
 generalem Curiam omnibus Regni Prin-
 cipibus ad inveniendum pro statu Ecclesie
 concilium Papiam in Epiphania indicit.
 Missisque litteris suis omnibus Chris-
 tianis Regibus, ut scilicet Regi Ungarie, An-
 glie, Gallie, et omnibus Regibus Hispanie,
 ut Episcopos suorum Regnorum ad hoc
 concilium pro status Ecclesie necessitate
 dirigerent, rogavit, datoque conductu
 utrique Electo cum partibus suis, ambos
 ad concilium citavit. Exstant diversa
 ad diversos utriusque partis de hac cau-
 sa epistole suam quoque pars electum
 canonice cupientium, sicut in gestis
 Federici Imperatoris ab Ottone Trisun-
 genfi Episcopo plenarie describitur.

Ed. mittunt. In Act. 3.

Ed. ad Ottonem Trisun-
gensem Episcopum.

Igitur ex omnibus mundi partibus
 ecclesiasticorum et secularium Principum
 personis, cum infinita multitudine cleri-
 corum, laicorum, nobilium sive ignobilium,
 ad hanc Curiam Papiam confluentibus,
 concilio ab Episcopis habito, exclusis
 primum cum Imperatore laicis, Octa-
 vianus, qui et Victor, cum sua parte
 iudicio istius concilii se presentavit, se-
 que iudicium Ecclesie humiliter subire
 professus. Ruolanus autem, qui et
 Alexander, cum sua parte se canonice, ut pote

a maiori et juniori parte, electum af-
firmans, nec summum Pontificem a laico
citari, omnesque ipsius iudicio subia-
cere, et ipsum a nemine iudicari debere
contestans, huius concilio se absentavit,
nec responsales aliquos pro se misit.
Cuius absentatione concilio Praesentes
promoti, electionem Domini Victoris
canonicam iudicantes, a lexandro repro-
bato, ipsum in summum Pontificem fa-
vente Imperatore, omnibus presentibus,
recepimus: omnique obedientie reve-
rentia exhibita, pedibus eius ut ipse a-
postolici cum oblationibus osculatis,
concilium solvitur; ascendente equum
Imperator Primum pro sacerdotali re-
verentia tenens se fautorem et autorem
promotionis ipsius ostendit. Alexander
autem cum maiore parte Cardinalium,
viri Cesaris non sustinens, iter cepit,
ac in partes Apuliae, Calabriae et Siciliae,
a postolica nihilominus utens auctori-
tate, se contulit, fautoresque Victoris
cum concilio Papiensi detestans, in
potestate Wilhelmi Regis Siciliae
mansit aliquamdiu.

a. Ed. destinavit. qd et d.

b. Ed. mittunt. habet d.

c. Ed. pro nam. ita et d.

Chronicon S. Blas. Dominus Adrianus
Papa obiit: quo defuncto factum est
schisma inter Cardinales de sede apo-
stolica. Maior etenim et junior pars
elegerunt Ruolandum Cancellarium,
votatusque est Alexander. Altera
vero pars cum auctoritate Impera-
toris elegerunt Octavianum Cardi-
nalem, vocatusque est Victor. Quo
defuncto post quinque annos
successit Paschalis, et eo defuncto
post tres annos successit Callistus
III. qui modo tenet locum regi-
minis. Sed et Alexander adhuc
vivet. i.

j.

Anno ab Incarnatione Domini MCLX.
 Fredericus Imperator, convocatis omnibus
 Italiae Baronibus, generalem Curiam
 apud Roncaliam cum maximo Princi-
 pum conventu celebravit: ibique renova-
 tis antiquis legibus novus de suo pro-
 mulgavit, ac diversis Imperii negotiis
 ex relictis iura consuetudinum
 reduxit, et quo iuris genere Italiae sub-
 iacerent Imperio, iudicialiter exquisivit.
 Quod a Principibus et Legum-
 dominis
 diligentem examinatam generali om-
 nium sententia indicatur, omnia rega-
 lia civitatum, ut pote monetas, et lancia,
 navigia, nec non et dignitates Pote-
 statum, Consulatum, Iudicium ad ius spectare
 Imperii, clericasque a civibus ad has di-
 gnitates personas de manu Imperatoris
 iure beneficii easdem suscipere, nec sine
 eius consultu suspectus deponere. In hac
 etiam Curia iam per multa tempora ob-
 livioni et neglectui datus, ad XXX. millia
 talentorum annuos redditus Imperio ad-
 quisivit. Proterea vectigalia antiquitus
 constituta, nec non exactiones pro Im-
 perii necessitate exigendas ⁱⁿ rationem
 referis, ubi, quando, et a quibus, et quo-
 modo tractentur, decretum est, et edicto
 confirmatum.

Ad que promulganda et instituenda Man-
 tu Imperiales, per Italiam destinantur:
 inter quos, praecipui Cancellarius, et
 Palatinus de Wivilinsbuch, Widobus Comes
 Blanderatensis, Godwinus Comes fuerunt.
 qui praecipue eadem de causa pluribus
 civitatibus, Mediolanum venerunt, con-
 vocatisque in concessionem civibus decreta
 imperialia, parant, et ad haec exequenda
 constantem insistent. Cives, ut voluta-
 tum insueti ^{et} expulsi cum seditione

1. E. Italica

T civitates

T J. ad iudicium

1. J. clericeque

2. E. XX. J. ut eod.

J. J. Imperiales, et cetera, et cetera,
 ex nullis quo

Legatis rebellionem totq[ue] nisi Senno
moliuntur. Igitur Legati, vix fuga elapsi,
ad Imperatorem redeuntes, suam in-
iuriam, rebellionemque Mediolanensium
referunt, ipsique ad ultimum sum-
opere auctoraverunt. Qui nil moratus,
ignominiam Imperii Principibus con-
queffus, militem instaurat, contra Me-
diolanum prociatum movens igne ferro-
que cuncta demolitur. Siquibus
itaque pro posse resistentibus, Cesar
inito cum Papiensibus consilio, ipsos
ad rapienda Mediolanensium in pas-
cus pecora immisit, se cum flectissi-
mis militibus in insidiis collocans.

Papiensis itaque ad raptum pecorum
effusus, eaque abigentes, totis viri-
bus Mediolanenses insequuntur, Cesa-
remque ordinatis legionibus ex insidiis
erumpentem incidunt, eique necesseitate
coyente bello congreduuntur. Cuius im-
petum ferocitatemque Teutonicorum
in alic non ferentes, multis occisis, quin-
gentis et nobilioribus captis fugam in-
cunt, et se in civitatem recipiunt. Siquae
Imperator victoria potitus magnifice
de Mediolanensibus triumphavit, ac
castellum Trecentense, ubi propudia eorum
fuerant, aggressum exequnavit, captis-
que vel occisis castellanis suos inibi
collocavit. Siquae, Cesare inde Digre-
diente, civitate offusi ex pugnatuna ca-
stellum funditus diruunt, captisque
Cesarianis Latinos tormentis adactos
occidunt, Teutonicis reservatis.

Chron. S. Georgii. Arnoldus Moynun-
finus episcopus occiditur a suis dien-
tibus.

+ J. Ge

+ J. Ge

+ J. Ge

Anno Domini Incarnationis MCLXI.
 Fredericus Imperator vires Imperii omni-
 bus Italianis in Mediolanenses oppressas,
 coacto in unum exercitu ad futurum cer-
 tamen se modis omnibus reparavit, missis
 que ad Cisalpina litteris, ex omnibus Im-
 perii finibus auxilia contraxit. Rex quoque
 ungaris cohortem militum cum sagitta-
 rius lesari missa exercitum ampliavit.
 Itaque ex diversis Regnis et regionibus
 exercitu condonato, primo in auxiliosos
 Mediolanensem arma convertit, ac
 Placentinos in multitudine turrium pro-
 mur confidentes obsidione circum^{xit}, forti-
 que aggressione in jugratam, turribus
 universis deiectis, civitatem ipsam solo
 coequavit. Exinde ad Mantuanos di-
 vertens, cunctis ad eos pertinentibus
 igne ferroque profligatis, ipsos ad De-
 ditionem coegit; omnesque civitates
 Mediolanensibus faventes aut ded. fecit,
 fecit, aut funditus ~~erit~~ evertit, novam-
 que Laudam inter Mediolanum et
 Placentiam ad receptionem exercitus a fun-
 damentis edificavit, et in ea sedem belli con-
 tra Mediolanenses constituit. Igitur Me-
 diolanenses undique bello videntes se impeti,
 futuris cladibus idoneos omnimodis se
 preparant, fossatis, muris, turribus, ac
 diversis missilium machinis, armis, ac ci-
 borum ad ferendam obsidionem necessariis
 civitatem suam tota industria muniunt,
 seque ad resistendum summo nisum pre-
 xerunt; sed inaniter. Nam animositate
 Cesaris pondusque Imperii ferre non pro-
 valens, contra impetum fluminis conari
 esse periculosum, Maiestatique non cadere
 stultum, Mediolanum civitas egregia, caput
 Lique id, totiusque Italiae flos, funditus

T. J. Juniti modo

erecta liquido Demonstravit.

Chron. S. Blasii. II. Id. Febr. eclipsis
Solis Luna contigit, quum esset Luna XIII
VIII. Kal. Martii factus est terræmotus
ultima hora Diei. Ipsi etiam anno
factus est alius terræmotus XVIII. Kal. Julii
hora quasi vespertina.

Eodem anno Hermannus episcopus obiit.

Caput XVII. Anno MCL XII.

Anno incarnationis Dominice MCL XII.

Imperatrix, comitante eam Currado au-
gustoniensi episcopo, nec non et Welfo Duce,
multisque nobiliores, cum militia trans- + E. I. nostrarum partium.
alpinae Imperatori coniunguntur, coacto-
que in unum corpus exercitu, et ad cen-
tum milia pugnantium computato, Me-
diolanum denuo obsidione cingitur, ac di-
versis machinis + tota industria impugnat. + E. I. Diversis magnis.
Cives autem necessitate cogente si nihil
quippe necessitate pugnaciis: pro patria,
pro parentibus, pro liberis et uxoribus,
postremo pro vita + audacissimis erumpentes
incursum fortiter resistunt, missilibus in-
super, sagittis, iaculis de pro pugnantibus
hostes arcentes. Cosas autem dispositis
undique contra incursum eorum presidis,
ipsos Diversis missilium machinis, balistis,
arietibus, omnique telorum genere ag-
greditur, militibus in conspectu Cosaris
pro gloria, honore, premio, ambitione,
ostentatione alacriter pugnantibus,
multis hinc inde passim procumbentibus.
Tandem Diversis attriti eladibus miseri
cives dexteras petunt, ac multis modis
iram Cosaris sedare tentantes, nullo modo
nisi hac sola conditione proficiunt, si-
licet, ut traditis armis urbem relinquen-
tes egrediantur, vita tantum rebusque
necessariis, licet exiguis, sibi indultis.
Quo pacto accepto cum maximo lectu

T. I. Ius

egressi hostibus civitatem relinquant, ac
 sub oculis dilecta monia omnimodis depren-
 conspicunt. Ingressus enim Imperator
 cum toto exercitu, immensa ac diviti-
 ma spolia in ecclesiasticis thesauris,
 aliisque rebus pretiosis diripuit, Reli-
 quisque Sanctorum, quibus hoc civitas
 egregie nobilitata fuit, per ecclesias colle-
 ctis, ac cum magna reverentia asportatis,
 tres Reges, qui cum numeribus Stella
 Duce Christum in incubatulis adorave-
 runt, inibi inventos Reginaldo Coloniensi
 episcopo, qui in hac obsidione cum sua
 militia pugnare claruit, dono dedit:
 quos venerabilis pontifex ad Cisalpina
 transferens Coloniensi ecclesie intulit,
 hisque Patronis totam Germaniam illu-
 strans universam Teutonicorum gentem
 magnifice nobilitavit. Incorrupti enim
 et quasi adhuc vivi in singulis de pretio-
 so metallo sarcophagi in eadem ecclesia
 hactenus conservantur.

Igitur cosare, ut per scriptum est, Mis-
 lanum ingresso, muros ditato, turribus da- + Ed. ingresso mure ditato.
 iectis, totam civitatem a fundamentis
 ac omnibus modis inhabitabilem ed-
 dens, igne postremo reliquias omnino
 consumpsit, divisisque in quatuor partes
 civibus, regione inculta, ipsis ad inha-
 bitandum concessa, quatuor eos op-
 pida & difficase inspic, ipsosque, uti
 dictum est, per partes divisos ea in-
 colere fecit. Igitur confecto bello
 Ligerico Imperator Principibus gratas
 pro industria referens, militibusque
 dona pro meritis liberaliter largiens,
 nobili triumpho repatriavit, ac multis
 diebus de solatam sua presentia Ger-
 maniam cum insuperabili totius
 exercitus tripudio domum revisit,
 ac ubi quam diu est Alpes marens,
 colloquia diversa in diversis regi-

locis pro negotiis Imperii cum Principibus
habens, cuncta pro libito bene dispo-
suit, ac iudicia exercuit.

Chron. S. Petri. Civitas potentissimi
Italis Mediolanum a Frederico Impera-
tore capitur, atque a fundamentis
subvertitur, indiel. X. V. kal. Mart. fu-
ctus est terro motus gemina concupis-
sione media fere nocte.

Eodem anno captivitas plusquam
nongentorum militum sub comite Hu-
gone facta est apud Tübingen.

Item eodem anno factus est terro mo-
tus ingens 11. Non. Decemb. circa plet-
torum caritum.

Chron. S. Georgii. Mediolani inepara-
bilis everfio per Fredericum Im-
peratorem facta est.

Caput XVIII. Anno MCLXIII.

Anno Dominice Incarnationis MCLXIII.
Fredericus Imperator tertia vice, sed
sine instructu bellico, Italiam ingredi-
tur, ibique sicut et in Germania di-
versis placitis cum Italicis Baronibus
per loca habitis negotiis Imperii iu-
dicia titer exercuit, ac per aliquod
tempus cum eis quiesce permansit.

Caput XVIII. Anno MCLXIV.

Anno Dominice Incarnationis MCLXIV.
Victore uno Pontificum Romo Josepho
Paschalis ab his, a quibus et Victor
prius electus est, substituitur, Alexan-
dro adhuc sedente. Eodem anno Hugo
Palatinus de Turingia tres latrones, quorum
duo sui homines erant, tertius Francus
Wolfonis, apud Moringen capiens, suos
abire permisit, suspensio illo, qui Wolfonis
erat. Pro quo Wolf inuicior perhibetur,
maxima indignitate in Palatinum ex-
cepit, et igne fenoque acceptam iniu-
riam ultis fitur. Palatinus itaque

22.
a Duce accitatus ad Fredericum Ducem
de Rotinburch, filium Cunradi Regis
se contulit, auxiliumque eius contra Wel-
sonem nunciavit. Igitur Wolf-Bertoldo
Duce de Zeringin in adiutorium adhibe,
ac ab utroque summo studio exercitu
congregato, contra Palatinum et Ducem
Fredericum provinciam movent, ipsosque
apud Zeringin invadunt, a quibus non
sequiter excipiuntur cum expeditis mi-
litibus: confertaque pugna Duces a
Palatino fuguntur, captis de eorum ex-
ercitu nongentis militibus. Quo infor-
tunio filii Wolf senior inflammatus
militem instaurat, venientemque Ber-
toldo Duce cum militia sibi in adiu-
torium, cunctis rebus Palatini igne
feroque profligatis, castrum Melmentz
obsedit, ac post aliquot dies ex pug-
natum funditus destruxit. Exinde ad
castrum Hildratschusin divertens, simi-
li modo ~~ex~~ ex pugna destruxit, ac
inde per Gilschin transiens turres ec-
clesie pro castello munitas a funda-
mentis evertit. Deinde castrum Wilate
obsidione circumdedit, ubi aliquanti-
per moratus, castrum forti aggreptione
captum destruxit, omnibusque Pala-
tini prope igne consumptis, dimisso
Duce Bertolfo, cum victoria in Sue-
viam rediit. Interim Dux Fredericus de
Rotinburch educto Bohemico exercitu
Welsonem insequitur, ac apud Gailibron
morantem, primo noctis vigilia de repente
facto incursu Welsonem exprofectum
cum suis in castrum Ravensburch fu-
gavit. Sed non impune cepit eis hoc
temeritas. Nam quidam de nobilissimis
Bohemis Baronibus Henricus de
Landsberch in ipso impetu occiditur,
inibique cum maximo plonctu a suis

~~funditus~~

T. J. e. Henrico de Landsberch

repetitur: puenſisque quibusdam Wel-
ſonis territoris ad propria reuertuntur.

Caput XIX Anno MCLXV.

Anno incarnationis Dominice MCLXV.
auditis per Principes in Cis-Alpinis pat-
tibus Regni Deſtaſtionibus, Fredericus
Imperator ex Italia egreſſus, cuiſque iſu
ſimilis a Palatino captivis militibus
Welfonis, generalis Curia in Quadrage-
ſima apud Ulmam Principibus indicitur.
Quo Welf cum fratre ſuo Henrico
Duce Saxonie et Bavariae, et Bertolſo Duce de
Zeringin, ac multis aliis ſens Ma-
ioribus perueniens, ab Imperatore ho-
norifice cum filio ſuſcipitur; ac Pa-
latinus, ut ſine omni conditione in
manus iſſorum ſe tradat pro iniuria
iſſis illata, aut Regno cedat, ab Im-
peratore iubetur. Qui tribus vicibus
coram Duce Welf in terram cot-
ruens, ipſo ſuſcipere dedignante, tan-
dem receptus capitur, captuſque in
exilium Albetiam Curionſem adia-
ſtrum Nainburc transſortatur.
ſeque Welfone placato Imperator
inde ſigreditur.

+ D. Dux

+ Palatinus

Chron. S. Georgii. obiit Goſofridus
abbas ad Prunat.

Caput XX. Anno MCLXVI.

Anno incarnationis Dominice MCLXVI
Fredericus Imperator ſedatu, uti dictum eſt,
Principum controverſia, ac bene diſpoſitis
in Germania rebus, ex omnibus Regni
viſceribus congregato exercitu, Alpes iam
quarta vice tranſcendens, perinactum
mouet in Italiam; indeque Aprimum
tranſiens, ac per Inſciam exercitum
ducens, in Macchiata Anconitanum
directil, et Anconiam urbem rebellem
a ſſidione cinxit. Interea Aeginothus
Catonienſis Archiepiſcopus, antea pro

negotio Imperii ab eo digressus, cum
 cum sua militia rediret ad Cesarem,
 in castrum Tusulanense iuxta Romam
 a liqua puncto hinc divergit. Quod ab
 exploratoribus Romae compertum, Ro-
 mani tota urbe effusi, et ad XXX.
 milia pugnantium computati, Archiepis-
 copum in castris in ignominiam Cesaris
 obsidione repente concludunt. Quod
 Imperatori Anconis nuntiatum, convo-
 catis Principibus, utrum Episcopo Si-
 missa Anconitana obsidione subvenien-
 dum esset nec ne, consuluit; quod a qui-
 busdam Principibus, et maxime laicis,
 sinistram famam de obsidione solvenda
 metuentibus, dissuadetur. Hae dissua-
 sione Principum egregius Archiepiscopus
 Magentius Christianus accensus, indigne-
 que ferens, quod laici Principes sect suos
 compares ita parvipensos periculo re-
 linquerent, convocatis suis omnibus, et
 aliis, quos proce vel pretio potuit adi-
 pisci, quingentos milites, et Cesarianos
 octingentos ad bellum instructissimos
 coadunavit, sicque contra Romanos versus
 Tusulanum ad liberandum Archiepiscopum
 iter flectit. Quo perveniens, locatis ex
 opposito illorum castris, Romanos ea
 die tantum ad quietem exercitus sui pro
 pace per internuntios interpellat, virtu-
 tem liberalitatis antiquorum Romanorum
 eis ad memoriam reducens, per hoc so-
 spulata ab eis ad ipsi existimans.
 Ipsi autem in his, et in aliis omnibus
 antiquis dissimiles, se nolle ad quietem
 postulatis respondere, sed ipsum om-
 nemque eius exercitum volucris caeli
 et bestiarum terrae in escam super faciem
 terrae ea die se daturus arrogantissime
 mirantur; et sic dimissa obsidione, tri-
 ginta milia pugnantium contra quingentos

+ E. convocatis suis aliis quos.

+ J. variapdos

+ omnino

milites Teutonicos in aciem deducunt,
 archiepiscopus autem tali responso ab
 eis recepto nequaquam territus, nec enim
 inexpectis fuit ante laborum, suos quam-
 vis respectu illorum paucissimos, sed tamen
 admodum exercitatos ad bellum promissis,
 minis, tota industria hortatus, et ne-
 spem in fugam ponant, utpote a patria
 et exercitu^o ^o suis quantum ad fugien-
 dum remotissimi, sed genuine fortitudinis
 suae, et inato hostium ignaviae memores
 pro vita totis viribus decertent, exhor-
 tando magnavimiter concionatur.

Videns autem milites Teutonice animo-
 sitate alacres; nam hortatu eius in supe-
 rabilis quodammodo alacritas menti eo-
 rum incidit; acies ordinat, et qui primi
 committant, qui confectos hostes a
 latere irumpant, qui subsidia pondere
 proli laborantibus ferant, semetipsum
 ad ferenda cum lectissimis subsidia col-
 locans, ordinanter disponit: et sic si-
 quis erectis, extensisque in longam co-
 hortibus, Deo spem suam committens,
 contra Romanos ad bellum procedit.

Archiepiscopus autem Colonienfis cum
 castellanis et suis omnibus, qui ad tre-
 centos milites bene armis instructos
 erant computati, ad subveniendum se
 modis omnibus preparavit, et in castris
 usque ad congregationem silenter de-
 lituit. Igitur bello commisso, fractis-
 que primitus militari concursu lanceis,
 res gladius agitur, sagittarum partibus
 utriusque sagittis lucem diei in modum
 nivium obtenebrantibus. Et ecce Co-
 lonienfis cum expeditis militibus castello
 erumpens, Romanos a tergo invadit,
 eisque fortiter edendo instat: sicque
 bello ante et retro circumdabi undique
 impugnantur. Romanis itaque tantum

+ Ed. Imperatoris, ad quam confugiant,
 remotissimi.

ob multitudinis impressione pugnantibus Christianus Episcopus cum suis vicem illorum a latere irrupit, eosque mediocriter dividens tribus in locis artificialiter disjunctos caedit. Itaque multis occisis, pluribus captis Romani superati fugam ineunt, ac urbem versus a victoribus insecuti cruentissima caede mactantur. Praefules itaque militibus a caede revocatis ad locum belli redeunt, ac cum maxima letitia triumphantes noctem illam duxerunt.

Mane facto Romani ad tollenda cadavera occisorum ad locum belli properantes, per Praefules inmissis in eos militibus fugantur, reversaque ad urbem vix evadunt. Tandem missis ad Praefules nuntius, ut amore S. Petri et respectu Christianitatis eis mortuos suos tollere liceret, suppliciter obsecrant. quod a Praefulibus hac conditione est concessum, scilicet, ut viciorum vel captivorum ex utroque numero ex sua parte computantes, sub attestatione iurisjurandi ipsis scripto presentarent, et sic demum pace data mortuos suos ad sepulturam tollerent. qua computatione facta invenerunt occisorum seu captivorum de suis hoc proelio numerorum ad quatuordecim millia: Dataque licentia cadavera occisorum demum cum maximo eulatu tollentes sepelierunt.

His auditis a quibus Anconam Caesar et omnis exercitus, Ancona de die in die facta, soluta obsidione contra urbem cum copiis tendunt, ipsam forti aggreptione impugnant. Cives itaque superiori bello exhausti et visibus enervati, imprimis

T. J. licet

utcumque mania descendentes, Cesaris
 totis viribus urbem irruenti, maxima
 suorum clade accepta, cedunt, et ad ecclesias
 et ad quodque munita confugiunt, pro-
 cipe ad sanctam Mariam ante S. Petrum,
 et ad ecclesiam S. Petri, quam castelli vice
 munitur, congregati Tenuo pro posse
 resistunt. Milites autem Cesaris ecclesias
 armata manu aggressi, vulvas ecclesie S.
 Petri in securi et asua deiecerunt, ipsam
 que ductore Frederico de Rotinburh in-
 festa signa usque ad altare ferente, occi-
 sione multorum potuerunt. Sed et eccle-
 siam S. Marie igne succedentes, pro-
 fligatis occisione sive captivitate inibi
 re peritis, multa rapientes spolia prosta-
 naverunt. ut brevi illud Psalms
 ad litteram impletum esse videatur:
quasi in silva lignorum securibus exci-
derunt ianuas eius in id ipsum, in securi
et asua deiecerunt eam: incendierunt
igni sanctuarium tuum in terra, solue-
 runt tabernaculum nominis tui. Facta est
 hinc corruptio Urbis per Fredericum Cesa-

J. 24
 + Ed. quod quasi castelli p.
 + J. bene
 + Uincinis clausis clausis in codice
 Jofunt.

Psal. 74.

+ J. inu p die

rem in Julio mense, anno ab incarnati-
 one Domini MCLXVI. 7.
 Cesar itaque hac utinam non consecuta
 victoria potitus, coronata Imperatrice,
 ab urbe recedit, statimque se filentia
 factum exercitum pene omnino extinxit,
 sicut in chronica Domini Ottonis poteris
 reperire: omnisa parenthesi pergit editus:
 Nam a maioribus incipiens, iuxta illud E-
 zechielis (IX): a sanctuario meo incipite,
 primo in mortem Principum grasans,
 consumtoque in Principibus capite,
 deinde in reliquum corpus deperuit tra-
 restis. Nam Reginaldus archiepisco-
 pus Coloniensis, et Eberhardus Ratis-
 nonensis, et Godofridus Surenfis Episcopi
 obtierunt. Posterea in partibus Tusciae

+ J. go p aduo

28^r Dux Fredericus de Rotinburch filius
Conradi Regis, Berengerus Princeps de Sultzbach,
et antea apud Sinam Welf minor
Welfonis Ducis filius, cum aliis Principibus,
Comitibus, liberis, Principum Ministeria-
libus, cum multitudine vulgi de exercitu
hac pestilentia tacti occubuerunt. Ipsa
itaque Welfonis in Alemanniam trans-
lata a patre Welfone cunctisque ipsius
terris Maioribus apud Stauingadiam cum ma-
ximo planctu reconduntur, nec non et
Frederici Ducis de Rotinburch simili modo
apud Hebera tumulantur.]

Videntes itaque Mediolanenses, vires au-
quasti in ceterminio exercitus incidisse,
mutatione rerum animati, propebe Augu-
sto in sua vicinia, ex omnibus quibus Li-
persi erant locis congregati, ad ruinas
urbis suae conuersi sunt, ipsamque totis
visibus ac sumptibus reddificauerunt. Impe-
rator vero morte suorum quamvis saeuissimus
admodum, tamen ignominiam latem a Me-
diolanensibus sibi ex habitam, ex neces-
sitate temporis non dissimulauit, sed per
episcopatum ipsorum transiens cuncta igne
ferroque profligauit. Ipsi vero iniurias suas
ulcisci cupientes Imperatorem ad montana
tendentem armati insequuntur. Apprehen-
dens itaque Imperator obseques, quos ab
eis acceperat, dum Mediolanum eorum
civitatem subverteret, eos in locis diuersis
suspendi praecepit. Quos quum Caesarem in se-
quentes inuenissent suspensos, nimio terrore
perculsi, unusquisque cadaverem chari sui
cum lamento reducens, Caesarem in seque
omiserunt.

[Veniens igitur Imperator in civitatem
Lusam, quae sita est in ingresso Alpium,
fraude civium occidi tentabatur. Ise
autem ab hospite suo admonitus solos

Th. heba

+ hic perijt codex cum edito.

+ sequentia usque ad caput xi. in codice
desunt.

eorum se evasit. Ipsa enim nocte, quum mane
ad mortem querendus esset a civibus, mi-
litem quendam sibi similem, nomine Atatt-
mannum de Sibeneich, in lecto suo collocari
fecit, et ipse in habitu ferri cum duobus e-
gressus est. Mane autem facto cives ve-
nientes Imperatorem querebant, et response
accepto a cubiculariis, eum dormire, moram
non patientes fores effringunt, ipsoque
non invento cognoverunt eum effugisse.
Dissimulata itaque ira propter melum Im-
peratoris elapsi, exercitum abire permi-
serunt: sicque evadens Imperator, tran-
sientis Alpibus, exercitum morte, morbo,
omnique miseria confectum in patriam redu-
xit. Et quum post huc in Italiam redisset,
predictam civitatem suam funditus e-
vertit.

+ J. o. h. i. s.

Chronica S. Blasii. Fridericus Imperator
quarta vice Italiam petit, Romanos re-
belles devastat, templum S. Petri et S. Ma-
rie succendit. Bellum vero postea per Re-
ginoldum Coloniensem Archiepiscopum
missis exercitu contra eos movet: in quo
multa millia Romanorum occisa sunt.
Hoc eodem anno gravis pestilentia to-
tum pene exercitum morte delevit.
Nam Episcopi plures, Fridericus Dux de
Wirispere, Welf Dux Welfonis Ducis fi-
lius cum aliis Principibus occubuerunt.

Caput XXI. Anno MCLXVII.

Anno Domini incarnationis MCLXVIII.

Paschali Papa defuncto Callixtus ab his,
a quibus prius Paschalis et Victor, substi-
tuitur, Alexandro in potestate sui adhuc
usque adhuc consistente. Eodem tempore
Fridericus Imperator reversus ad Cisalpinam
totam terram et universam substan-
tiam Friderici de Rotinburh Pitisimi,
fidelis in successione + redditionum Principis +

+ J. J. i. u. i. s.

+ ed. possessione

fratruelis sui hereditaria possessione posse-
 dit, ac multorum Baronum possessiones
 postmodum in suam potestatem contraxit.
 Wolf vero Dux orbatus herede in amisso fi-
 lio, tactusque dolore cordis intrinsecus,
 Hispaniam Ducem Saxonie et Bavarie fra-
 truelam suam in heredem adfecit: ab eo-
 que pro hoc quantitatam pecunie exigens,
 dum consequi putat, frustratus promissis.
 Dux enim Henricus quorundam pavorum
 consilio, Wolfonem iam grandævum cito
 moriturum prodigens, argentum pro con-
 stitute Jure ^J Spulit, pro quo Wolfmatus
 Imperatori Frederico sorore suo ^J recepta + filio peravit,
 ab eo prius pro libito suo pecunia, primo
 beneficis, scilicet Ducatu Spoliti, Marchia
 Tuscia, Principatu Sardiniæ ipsi resignatis,
 omnia predia + sua ipsi condidit, eoque
 usque ad terminum vite pluribus aliis ab-
 ditis recepit. Simili modo Rudolphus Co-
 mes de Phullendorf, sororius comitis
 Rudolphi de Bregantia, omnia predia sua
 heredis suo Imperatori tradidit. Pro his
 Imperator Alberto Comiti de Habsburg,
 qui filiam comitis Rudolphi in matrimo-
 nio habebat, concessit Jurisdictionem comita-
 tum, et Advocatiam Seckingenensis ecclesie,
 cum prediis conquisitis de Biederlan,
 Proter hæc multorum Nobilium, qui he-
 redibus carebant, predia donatione vel
 pretio adquisivit, utpote illius de Luabegg,
 de Warthufin, de Bibra, de Horningin,
 de Swankufin, de Biederlan, de Leulze-
 burck et de Werde, multorumque aliorum
 in aliis regionibus, quæ nobis incerta
 sunt. Hæc enim omnia in sola Altemannia
 adquisierat.

Proter hæc Burgundiam ingressus, terram
 socii sui Reginaldi Comitis, qui iam obierat,
 in Divisionem suam redegit, ac regnum Bur-
 gundie, cum archiepiscopo Arelatenfi, quod
 Duxes de Zeringen, quamvis sine fructu, tantum

+ filio peravit,
 + Ed. predia
 l. additis
 + contrad. d. A.
 N.B.
 + J. Seckinge
 + J. Biederlan
 J. Luabeggi
 J. Swankufin

honoris nominis sui iure beneficii ab Imperio
iam tenuerant, a Bertolfo Duce extorsit,
prostitis sibi trium Episcopatum advocatia
cum investitura regatum, scilicet Laufr-
vensis, Genevensis, Sedunensis. In predicto
cum etiam aliorum, quorum prodia in ius
suaris ceperant, omnia beneficia, quae ab
ecclesiasticis Principibus, Episcopis, abbati-
bus sub dominio habuerant, filiis suis pro-
stati faciens pacative possedit, liberosque
suos omnes litteris apprime erudiri faciens,
eos facultatibus reddituum, excellentius
Dignitatum per fortitas provincias dele-
galiter sublimavit. Nam Frederico, qui
secundus natus erat filiorum, Ducatu Sue-
vicum cum hereditate Wolfonis, et prodiis Ru-
dolfi Comitis de Phullendorff, concepsit:
Cunrado vero dignitatibus, beneficiis et
prodiis Frederici Ducis de Rotinburh
ditato: Ottone archiepiscopo Arelutensi cum
Burgundia Reinaldi avi sui terra sub-
limato, Henricum, qui prior natus erat,
Regem post se designavit, Philippo adhuc
infantulo existente. [Propter haec omnia, + Inclusa non habet codex.

Chron. S. Georgii. 1168. Obiit Sinter-
mus abbas S. Georgii, succedit Prior
Wernherus.
1174. Wernherus abbas obiit, uni Mau-
goldus in abbacia successit.

Capitulum XXII. Anno MCLXX.

Anno Dominice incarnationis MCLXX. Me-
tistenses animum Imperatoris sepius ex-
perti, ipsamque ^{et} ^{disputata} civitatis suae
nimium metuentes, omnibus Statibus ci-
vitatibus confederati, praeter Cameranos,
T pro presumptione

32. Papienses, Cremonenses cum aliquibus
civitatibus sibi faventibus, qui cum Impera-
tore sibi sentiebant, ad futuram Imperato-
ris ultionis cladem se modis omnibus pro-
parabant: propterea in ignominiam Cosaris
pontifice Callisto, Alexandro Papa iam du-
centi obedientia firmata, ipsoque in Apo-
stolicum suscepto, subiciuntur, ad terri-
torium Patense fossatis firmissimis et pro-
fundissimis cingentes, adductis electis ex
omnibus sibi faventium civitatum but-
gensibus in hanc coloniam, civitatem fir-
missimam, utpote paludibus undique cir-
cundatam, non procul a Verceilis, Ale-
xandriam Alexandri Papa nomine mu-
cipatam construxerunt, ipsamque cibariis,
omnibusque ad futuram obsidionem ne-
cessariis abundantissime confectam ad
sustinendam Imperii vim, ut contra vires
totius Italiae demonstrandis, studio-
sissime munierunt. Imperator itaque
his compertis, eis non impune talia
licere dignum necessariumque existimans,
undique contracto validissimo exercitu
quinta iam vice Italiam ingreditur,
confluentibusque ad eum civitatibus
auxiliariis, provinciam Alexandriam
versus movit, ipsamque civitatem ob-
sisione cinxit.

Chron. S. Blasii. Kal. April. feria III.
ante Coenam Domini factus est horis
motus magnus penultima diei hora:
alius circa mediam noctem contigit.
Eodem anno magna mortalitas homi-
num facta est.

Caput XXIII. Anno MCLXXI.

Anno Domini incarnationis MCLXXI. T
T obsidio
obsessa est civitas. 490 obsessio nulli
priorum comparanda, tum loci muni-
tione, tum civium resistentium atrocitate,

tum militum Cosarianorum opprobrio et
occisione, tum temporis diuturnitate.

Nihil enim celeritati et periculis idoneum
hic defuit, nihil patrandis in altentum
immanissimis facinoribus impediens fuit.

Nam Cosare forissecus balistis, arcebus,
missilibus omnique telorum genere, in di-
versis machinarum instrumentis, turribus
insuper ligno compactis civitati super-
eminentibus admotis, inpositis militi-
bus et sagittariis fortiter urbes impu-
gnante: ab ipsi non minori victula et
industria similibus machinarum instru-
mentis illatum sibi damnum recumpe-
santes magnanimiter vindicabant. [ac
sepiissime ordinatis agminibus potius erum-
pentes Cosarianis gladietibus congre-
debantur, sepe repentinis incursibus
maxima putatis auidia hostes ad-
riebantur.]

Interea Mediolanenses et Veronenses
conflato ex civitatibus sibi faventibus
exercitu cum Cosare, in obsidione civi-
tatis posito, congregari statuerunt, ut et
his, qui obsidione premebantur, appor-
tune occurrerent, et rursus ab eis adiuti
facilius Imperatorem superarent. Quo
comperito Cosar obsidionem solvit, et
a civitate recessit, quoniam eam superare
nequivit, [cives enim turres ligneas,
quas Cosar ad expugnationem ipsorum
fecerat, cum armatis se super confi-
dentibus per suffossionem his directis,
igai concremarunt, magnumque ex
hoc detrimentum exercitui intulerunt.]

Cosar itaque omnem reliquum appa-
ratum, quem ad expugnationem civitatis
fecerat, scilicet falpas, vulpentes,
ericios, catos s: falibus enim censentur
nominibus s: exuri precepit,] venientis-
que exercitui obviam processit, ut
ante videlicet cum eis congredereetur,

inclusa non habet codex.

+ J. ipsius

34 quam cum Alexandrinis conuincerentur.

Cum itaque iam ad inuicem propinquassent,
Italici Teutonorum metuentes auda-
ciam, missis ad Principes uerbis Cos-
mam se pace rogabant, se suaque omnia
dedentes. Cosmas igitur uici prudens, eos in
gratiam recipere statuit. Ipsi igitur se
suaque omnia in manus Cosmas offe-
rentes dedititios eiusus ostendunt.
Principibus igitur pro eis supplicantibus,
subiectioneque omnimoda suorum firmata,
in gratiam Imperatoris recipi-
untur. Cosmas igitur cum exercitu Da-
riam se recepit, Italicis ad sua loca
remnantibus, Rege uero Bohemis cum
suis repatriante. [Imperator cum conse-
liariis suis cepit tractare, quomodo ci-
uitates, quas in gratiam receperat, dispo-
neret, ut imperialia secreta conseruaret,
Definitoque consilio nuntios ad suos ad-
huc promouenda direxit.]

T. nuntios suos

Mediolanenses itaque, uidentes exercitum
Cosmas defluxisse, rursus rebellare presu-
munt. Imperator igitur angustiatus le-
gatos in Germaniam pro supplemento
exercitus direxit, simulque ad Henricum
coniuncti sui filium, Ducem Saxonie et
Bavarie, ut Clauens ad colloquium sibi
occurreret: uenientique obviam procedens,
ut periclitanti Imperio subueniret, plus
quam Imperialem decet Maiestatem,
humiliter efflagitauit. Dux igitur Hen-
ricus, utpote solus ad subueniendum Im-
perio hoc tempore potentia et opulencia
idoneus, postulatam ditissimam Saxonie
civitatem uic beneficium pro donativo ad
hoc exoptat. Cosmas autem tale benefi-
cium sibi inuito extorqueri ignominiosum
existimans minime concessit. Pro quo
Henricus iratus ipsum in periculo conspi-
ctum reuertens reliquit.

Imperator vero Papiam Tequediens, ipsos + Ed. ingrederis.
 et Cremonenses cum Cumanis toto studio
 ad bellum ingruens confortavit. At illi
 congregata militia hostes alacriter preste-
 rantur. Igitur Wormaticensis episcopus
 cum aliis Baronibus de inferioribus Rheni
 partibus in Italiam transfrens, cum in-
 structa militia Cæsari coniungitur, ordina-
 tuque acie, hostibus ex adverso cum in-
 finito exercitu consistentibus penam ad
 centum milia pugnantium computabantur.

bellum committitur, factis Italicis mul-
 titudine, Cæsare autem peritia cum for-
 titudine. Itaque Cæsarianis alacriter
 pugnantibus, aciam de victoria speranti-
 bus, acies Brixientium in visibus ad
 subsidium collocata repente erupit, ex-
 ercitamque Cæsaris a latere istumrens dis-
 iunxit, ipsumque multis captis vel occisis
 fugere coegit. [Liquores itaque hostili vi-
 ctoria potiti, fugientes Cæsare visce-
 radente persequuntur, spotiusque egre-
 gie ditati.] Capti sunt hoc bello pro-
 ter alios de Cumanisq; fere quingenti,
 nullique de Teutonicis. [Quo in-
 fortunio Cæsar accepto in civitatibus
 sibi subditis se recepit.]

Mortuo interim Callisto papa schis-
 matico, Episcopi Germanis de concordia
 Imperii et Sacerdotii Imperatorem allo-
 quuntur, voluntateque ipsius diem
 apud Venetias condixerunt: datoque
 conductu Paps Alexandro veniendi ad
 colloquium, mediante Christiano Magna-
 ticensi episcopo et Conrado Saltzbur-
 gensi, maxime autem Wiemanno Hildes-
 heimensi cum ceteris Episcopis, Sacer-
 dotum et Imperium concordatum. [qui-
 busdam episcopis schismaticis sedes
 suas propter iustitiam confusam cedenti-
 bus.] In hac etiam compositione Mo-

+ Ed. facti Italici.

+ de pactionibus

+ de Mediolanum cum triumpho re-
peritur.

+ Wormaticus

36
Dionanensis Henrico XIV. anno cum Ro-
nantur, ipsi omnes captivos redemptibus
Hic dicitur B. Thomas Cantuariensis
Archiepiscopus, a Rege Anglorum Hen-
rico, qui fuit avunculus Ottavii postea
Imperatoris, multo iam diebus fide
sua pro infamia pulsus, ab eodem reclusus,
in Confessoris et Martyris modo fauorem
magnis eulogiis mirifice decoravit.

Chron. L. # Blasii an. 1178. 11. Kal.
Maii condonatus factus est prima hora
noctis. Atque hic fuit.

Chron. L. Georgii. 1172. Abbates Alpi-
spensis, L. Blasii, Gengenbach, Reine-
sbierunt.

1174 Constantiensis episcopus resigna-
vit episcopatum, et successit Berthol-
dus. Eodem anno motus Otto.

Fredericus Cesar expeditionem fecit contra
Longobardos, et obsedit Puteam, quae
et Alexandria.

Wilica a Beatissa inferioris monasterii
obit.

1175. Cesar magno Detrimeto rerum et
militum habito, dimissa obsidione, re-
cepit a Putea.

Longobardi Seditionem faciunt, et rui-
sus violente contendunt.

Nova expeditio a Principibus iustitiae.
Bertholdus Dux apud castellum Gallum
multos militum suorum per viam pre-
cipites amisit.

Bellum inter Ducem Bertholdum et
Zotenses. Dux occupavit Fürstembere.

1176. Cesar in Longobardia populos co-
cavit episcopos compulsi ad firmandam
pacem et schisma, quod dudum
fuit in eulogia pro Apostolicis.

Caput XXIV. anno MCLXXVII.

Anno Domini incarnationis MCLXXVII.
Alexander Papa sedato schismate sedem

Alto character. ex propria solus iacob
habeb.

hucusque collat.

apostolicam obtinens, concilium, quod
 Lateranense dicitur, congregavit, in quo
 schismaticos officio privatos deposuit.
 Imperator in Germaniam revire Hispanias,
 Italicorum fidei se credere non audebat,
 sed missis nuntius ad Bertoldum Ducem de
 Zeringen petiit, ut (in) Italiam cum exer-
 citu sibi occurreret, ut eo securius transal-
 pinaret: quo veniente, per Montis-Jovis
 angustias regressus in Alemanniam
 venit. Itaque memor contemptus a
 Duce Henrico apud Clavennam sibi ex-
 hibiti in ipsum vehementissimo exarsit,
 et quod Italicis hostibus Imperii Reipu-
 blicis contra Imperium foret, uni-
 versis Principibus conqueritur: Dataque
 ei curia apud Ulmam ipsum ad iudicium
 subeundum Imperiali more etavit.
 Quo non veniente Curiam sibi secu-
 dam Ratisponam prefixit: quam parvi-
 pendens, tertiam nihilominus apud Her-
 lipolim sibi datam supersevit, ibique
 sententia Principum Ducatu Norico cum
 Saxonico, et omni reddituum et bene-
 ficiorum possessione, feudali poena mul-
 ctatus, miratur. Ipse autem [more
 paterno Maestati cedere] regalem [que]
 gratiam quorere indignatus [cum se
 existimat stare, eiecit] perditum [que]
 statum dignitatis usque ad terminum
 vite nunquam recu servit. Nam Im-
 perator redditus et beneficiis sibi ceden-
 tibus, Ottoni Palatino de Wiltensbach
 Ducatum Noricum concepit, ac Bern-
 hardum Comitem de Anhalde Ducatu
 Saxonico sublimavit. [provinciamque
 movit contra Henricum Ducem, omnes-
 que civitates et castella, cunctaque iuris
 ipsius in Suevia, et in Bavaria, et in Sa-
 xonia Pitioni suo subiecit. Deinde

38
contra civitatem munitissimam Brunf-
wic aeterni Pirigens, eam obsedit,
civibusque acriter resistantibus quum
minime proficeret, ceteris omnibus
eis Albi fluvium ei subiectis, so-
luta obsidione discedit. Acta sunt
hoc anno Domini et incarnationis
MCLXXVIII.

Chron. S. Georgii. 1177. In Ulfatia pu-
gna magna facta est. Ruom. occiditur.
Nquile cornobium comburitur.

1178. Schisma ecclesie, Calisto deposito,
et Alexandro apostolicam sedem ob-
tinente ad unitatem reformatur.

Cosar a Longobardia rediens Curiam
Ulmi celebravit.

Item Cosar post Batale Romini
Curiam Romam constituit, ubi Hein-
ricus Dux Saxonie de coniuratione
adversus Cosarem accusatus est.

Caput XXV.

[Anno Domini incarnationis MCLXXIX.
Solimanus Rex Iconii, missis ad Frede-
ricum Imperatorem legatis, quamvis pa-
gans, cum suis omnibus fœdus cum eo
cepit, filiamque ^{eius} matrimonio sibi con-
iungi postulavit, ac se Christianum cum
gente sua fieri, si adipisceretur Impe-
ratoris filiam, sponte promisit. Impera-
tor autem, licet filiam tenere siliq-
ret, vixque postulata concederet, tamen
consensit, eamque sibi dare promittens,
penis tamen mortuam luit, quam se-
ntenti dedit.] Circa hoc tempora
Alexander Papa CLXXI. obiit, cui Lu-
cis successit, anno videlicet Domini
incarnationis MCLXXXII.

Hoc caput in codice omissum, usque
ad ultimam eius pericopen circa g.

Chron. g

Anno S. Georgii 1179. Alexander Papa
collectis diversarum provinciarum Episcopis
et abbatibus solemne concilium Romae ce-
lebravit, ubi fautores Caesari tum episcopos
quam abbates ordinatos dignitate et
officio privavit.

1180. Otto Palatinus Dux Bavarum,
Berthardus Marchio Dux Saxonum
constituerunt.

1181. Imperator cum exercitu Saxoniam
secundo intravit, et Henricum Ducem
sine aliqua rebellionem Principem exerce,
et in exilium ire compulit.

Alexander Papa moritur, cui succedit
Lucius.

1182. Obiit Hugo Palatinus de Turingen.
Obiit Bertholdus Constantiensis Episco-
pus, cui Henr. succedit.

Capitulum XXVI.

Anno Domini incarnationis MCLXXXIV.
Fridericus Imperator sedatis in Germania
cunctis bellorum turbinitibus, generalem
Curiam cunctis Regni Optimatibus in Pen-
tecto ad Maquentiam indixit, ibique
filios suos, Henricum scilicet Regem, et Fri-
dericum Suevoorum Ducem gladio accingi,
armisque insigniri disposuit. Ad hanc Cu-
riam totius Imperii Principes, utpote
Francorum, Teutonicorum, Sclavorum,
Italicorum, ab Illyricis usque ad Hispa-
nias congregantur. Sed et vicinorum Re-
gum Proceres invitante Imperii digni-
tate convenerunt, incredibilisque multi-
tudo hominum diversarum regionum vel
linguarum ibi coadunata est. Itaque
foris civitatem in campi planitie, pa-
latio cum amplissimo oratorio ad Pi-
versorium Imperatoris ex ligni materia
facto, domus Principum procerissimè con-
structa sunt in circuitu, singulis ad

4^o ostendendam sua dignitatis magnificen-
tiam sumtus ambitiosissime conferen-
tibus. Posterea tentoriis diversicolori-
bus numerum excedentibus erectis, velut
maxima civitate constructa, tota planities
arbitur: nihilque hic ad ostendendam mun-
dano miseris gloriam, abundantia victua-
lium, varietate vestium, phaleramentis
equestrum, delectatione spectaculorum de-
fuit, filius huius seculi prudentia sua,
quod stultitia est apud Deum, in gene-
ratione sua abudentibus. Quod evidenti
iudicio Divina scientia futura prodigiosa
demonstravit, nam post noctis crepus-
culo ventus validissimus ab occidente
ortus palatio Imperatoris oratorium
eius contiguum, multaque alia edificia,
inhabitantibus vix evadentibus, fumantibus
evectis, maximoque terrore percussos,
ut pene loco cepissent, omnes subitantes
reddidit: quod a sapientibus non pro
bono omine susceptum eis omnino
displicuit. Crastina itaque sacra die cum
maxima letitia solemniter celebrata,
exquisitisque convivis sumtuosissime ex-
hibitis gloriose peracta, feria secunda
celebratis mane Missarum solemnium
filii Imperatoris Henricus Rex et Fri-
dericus Dux armis adiuncti, militarique
pallostra alacriter exercitati, militum
cingulum sumpsit: tractatusque diversis
Imperii ab Imperatore negotiis quarta
die ad propria cum quibusdam receperunt.

Chron. S. Georgii. 1184. Imperator
Curiam celeberrimam Moguntiam habuit,
ubi omnibus nominatis Primatibus a
Rhodano usque ad Albiam adunatis
filii Ottonis gladio accinguntur, Henricus
vero eorum aetate maior a consensu Prin-
cipum tam spiritualium quam secularium
coronatur.

Anno Domini incarnationis MC LXXXV.
Lucius Papa vita decipit, ei que Urbanus
III. successit, in ordine CLXXXIII. Eodem anno
Beatrice Imperatricis obit, et apud urbem
Spiram regalibus exequiis presente Henrico
Rege filio suo officiose sepelitur.

Ed. offense.

Circa idem tempus Fredericus Imperator
apud Constantiam in Palatio, generali
Curia celebrata, legatos Mediolanensium,
omniumque civitatum Italiae sibi
rebellantium, subiectionem ultionem, in-
signiaque civitatum cum clavibus aureis
offerentes, ac per hoc se devotissimos de-
monstrantes, suscepit; ipsosque indulta
venia, gratiam Imperialem pacemque pa-
tris reportantes, cum gaudio remisit.

Chron. S. Georgii. 1188. obiit Lucius,
cui successit Urbanus.

Caput XXVIII.

Anno Domini incarnationis MC LXXXVI.
Fredericus Imperator missis legatis ad Wil-
helmum Sicilie Regem, filium Rogerii,
fratrem eius filio Henrico Regi Responsari
fecit, ac per hoc Regnum Sicilie cum Du-
catu Apulie, Principatuque Capud Hen-
rico Regi totis nomine, post mortem a
patre de legato recipiens, Romano Imperio
restituit: quod post mortem Lotharii quon-
dam Imperatoris a Rogerio, capto Papa
Innocentio, regioque nomine ab eo extorto,
Imperio ablatum fuerat. Igitur sexta
vice cum maxima Principum frequentia
Italiam ingressus, rogantibus Mediola-
nensibus, ut in signum adepti Imperialis
gratie nuptias filii apud Mediolanum
celebraret, ad recuperandum Imperio eo-
rum obsequium, cuius viribus admodum
attriti erant, conspexit, omnibusque
Italicis Baronibus generalem Curiam

apud Mediolanum iudicis. ad quam Curiam de his alpinis regionibus, ac de omni Italia, Tuscia, Campania, Apulia, Sicilia conuocati Principes filiam Wilhelmi, Henrici Regis sponsam, cum maximo apparatu, reliquaque pompa, cura Imperatore et sponso obviam procedentes, suscipiunt, ac cum maximo Regni festiuitate nuptias peregerunt. In hac Curia Italiciis ptenarie gratiam Imperatoris adijserunt, paceque ad integrum reformatam, auaritia, id est, malorum obliuio, obsequiis eorum multitudine delibutus, in steruam mansus stabilitur, solutaque Curia, Imperatore cum filio eiusque uxore transalpinaute, omnia iam gaudio ad propria reuertuntur.

Igitur, sicut de Theodorico Gothorum Rege legitur, uniuersis per circuitum Regibus affinitate seu foedere, seu subiectione Frederico Imperatori consociatis, Imperii status multis modis eo imperante exaltatur. Nam Regi Francorum confederatus, Regisque Sicilie filia filio suo coniuncta, Regem Ungarorum prono obsequio deuotissimum semper habuit, Regisque Hispaniarum filiam alteri filio suo contado, licet inofficase peruenisset, desponsauit. Pedorea ante hoc omnia in Curia Tholeni, iuxta Bisuntium, Regi Danorum corona imposita Regnum sub hominis concepit, et Ducem Bohemio in dignitatem Regiam excolens, uis nomenque Regium corona imposita ei contulit.

Chron. S. Georgii. 1186. Obiit. Bertholdus Dux Loringie.

Caput XXIX.

[His temporibus Balduinus Rex Hierosolymorum mortuus filiam nubilem.

+ Hoc et sequens caput deest in codice usque ad eodem anno.

si nam filio carebat. Regni reliquit hereditatem: quod merito in seipsum Divisum seuatis exigentibus desolandum, et a paganis concutandum erat, quia in manus puella non bene venire regnandum de-
 venerat. Nam Principum ipsius Regni quisque regnare gestione, eandem puellam cum Regno hereditario sibi, si coniugio carebat, vel filio, si coniugatus, vel proximo, filio carens nunquam desiderabat: hacque de causa maxima inter eos constata invidia Regnum dedit exitio. Ipsa autem spectis indigenis Widonem Comitem Apulonis, advenam videlicet elegantis formae spectatoque fortitudinis virum adspexit, eumque Regno induens favente Patriarcha, nec non militibus Templi, sibi in matrimonium coniunxit. Unde reliqui Principes valde permoti sunt, maxime Comes Tripolitanus, eum Regem habere, qui peregrinus erat, indigne ferens, Saracenos accepto pretio Regno induxit, traditisque eis castellis quibusdam et civitatibus, ad obtinendam Hierosolimam accendit. ad quod animum intendentes, quoddam de militibus Templi cum quibusdam terra ipsius Maioribus pretio corruptos illata a se Regno sepius latrocinia si ne videlicet eis latrocinia exercentibus vi obfisterent: si simulare fecerant: sique maximam regionis partem quantumvis obierunt.

Capitulum XXX.

Anno Domini incarnationis MCLXXXVII.
 Saladinus Rex Saracenorum, apud Iamascum habitans, nequissimum Christianorum animadvertens commercium, eosque discordia, invidia, avaritia infectos considerans, tempus opportunum ratus, ad obtinendam totam Syriam et Palaestinam intendit animum: congregatoque vultuissimo de omni oriente Saracenorum exercitu

44. provinciam contra Christianos movit,
eisque per totam Palaestinam igne ferro-
que infans castella multa civitatesque,
occisis vel captis Christianis, exugnavit,
Saracenosque ibi ad habitandum collocavit.
Rex itaque Hierosolymorum, nec non egre-
gius Princeps Antiochenus Reynaldus,
aliique Christianorum Proceres, contracto
grandi exercitu, Dominica Cruce exer-
citum procedente, Saludino occurrunt,
eique bello congregiuntur. A quo sepe-
rati, multis millibus Christianorum occi-
sis, Cruce Dominica pro h. dolo. capta,
Christiani fugantur, Rexque, nec non Rei-
naldus illustrissimus Princeps cum multis
aliis Christianis capti Damasum decuntur,
ibique idem Rex et profusus Princeps
in confessione vero fidei decollantur.

Huc victoria implensibus paganis,
omni provincia devastata, cunctisque ci-
vitatibus Christianorum dirutis, excepta
Tyro et Sidone, Tripoli et Antiochia, ac
paucis aliis civitatibus et castellis mu-
nitissimis et inexpugnabilibus, capta
perit: Amaron, ubi portus est, quod unio-
cum et specie Christianorum Thucenarum
fuit et ep. Hierusalem obsidione in-
xerunt, a destructis in circuitu ecclesiis,
Bethleemita videlicet et Olivetana,
multisque aliis, tandem ciclis per con-
ditionem Christianis Hierusalem capitur,
sanctaque redemptionis nostrae loca profa-
nata a paganis inestantur. Nec silen-
dum arbitror, quod obsessa Hierusa-
lem, paganis irruentibus, una turrim
occisis plerisque Christianis impolita
Saludini vexillo capta est, unde civibus
orta desperatio, relicta murorum defensione,
eadem die civitatem in ore ylatu ex-
terminandam per se dederat exitio. Quod
videns quidam miles Teutonicus, ex de-

T. refugium

operatione sumens audaciam, quosdamque
 se habitus, impetu magnanimitate in
 hostes facto, turrim vi obtinuit, occisus-
 que in ea pagani sexillum Saladinum
 truncata hasta deviciens se eminebat
 turris in sulcum proiecit, civibusque fi-
 duciam resistendi hoc facto conferens, ad
 defensionem muniturum eos quantoque
 reduxit. Postquam civitate per conditio-
 nem, ut dictum est, tradita sepulchrum
 Domini a pagani quodam gratia in
 veneratione habetur.

Fuit hoc est Terra sancta lamentabilis
 desolatio anno ab incarnatione Domini
 MCLXXXVIII. ab adventu vero Francorum,
 quando eadem terra a pagani per Got-
 fridum Ducem liberata est, anno LXXXVIII.
 Sicque Saladinus Palestina subacta eccle-
 siam transmarinam miserabiliter attri-
 vit, ipsaque regio per multos annos pagani
 subacta gemit.] +

Anno Dom. incarnat. MCLXXXVIII.

Urbanus Papa obiit, cui Gregorius VIII.
 successit. Quo infra dies quasi decem de-
 functo, Clemens quartus substituitur
 in ordine CLXXIV. qui lamentabili
 de subersione transmarinam terram accepto
 munitio; ut in historia Peregrinorum
 poteris invenire; omni ecclesie ad
 placandum Deum indicta poenitentia,
 Legatos suos Cardinales, Episcopos et
 Presbyteros in omnes Cismarinam ecclesie
 fines direxit, filiis ecclesie matris con-
 fusionem paterno conquerens affectu,
 et ut matri vim patientis memores
 uberum, quorum lacte in primitiva ec-
 clesia in Jerusalem nutrita in eis virili
 robore convalescit, subveniant obte-
 statur, Cruceque accepta in remissio-
 nem peccatorum Cruce servos se gloriantes

Hic pergit codex, et ed. habet: Eodem
 anno Urbano Papa mortuo Grego-
 rius successit. Quo infra dies quasi
 decem defuncto Clemens substituitur.

crucis ignominiam, quod a paganis ca-
pta tenebatur, in laudem et gloriam vin-
dicent Crucifixi, verbo predicationis
magnaniter hortatur.

Chron. S. Georgii. 1187. Obiit Grego-
rius, cui successit Clemens.
Manegotus abbas resignavit abbatiam,
cui successit Albertus.

Caput XXXI.

Anno Domini incarnat. MCLXXXVIII.

Fridericus Imperator generalem Curiam
in media quadragesima Maguntia cele-
bravit, ibique per totam Germaniam
sedatis bellorum tumultibus, pace undique
reformata, Reipublicis negotia tractavit.
Ad quam Legati sedis Apostolicae ve-
nientes Imperatori Desolationem Trans-
marinae Ecclesiae scriptis et verbis ex per-
sona Domini Apostolici ac totius Eccle-
siae conquesti representaverunt, pasto-
ciniamque Romani Imperii per eius auxi-
lium imploraverunt. Qui habito Delibe-
ratione ad subveniendum se obtulit, accepta-
que cum filio, scilicet Friderico Suevorum
Duce, peregrinationis Crucis in remissionem
peccatorum, Crucis ignominiam se vindica-
turum publice denuntiavit; et ad id nego-
tium sui exemplo multos Regni Opti-
mates cum multitudine diversae conditi-
onis et status accendit. Cardinales autem
his patris a Curia digressi, verbo pro-
dicationis per diversas Imperii partes in-
stabant, multisque relinquere patrem et
matrem, uxorem, et filios et agros pro-
pter nomen Christi, et Crucem tollere,
ipsum sequi in expeditionem Transma-
rinam persuaferunt, et innumerabilem
exercitum contraxerunt. Quibus omnibus
Imperator sequentis anni Maio tempus
profectionis constituit, pauperioribus ad

+ Ed. Tubinibus

minus trium marcarum expensam, Petri-
bus pro pope expensas preparare indicens:
egentibus autem pondus trium marcarum
sub anathemate profectionem fecit iudici,
notens exercitum vulgo minus idoneo
preparari. His in Romano Imperio pa-
tratis apostolicus a latere suo Cardinales
Regi Francorum Ludovico, necnon Ri-
chards Regi Anglorum Divicias ad idem
opus cruce imposita auendit, multosque
de predictorum Regnotum finibus in eam-
dem militiam coadunavit.

47.
64
+ f. mel. interdicti

[Hac tempestate Colonienfes maximis
studis et sumptibus civitatem suam mu-
nientes eam muro cinserunt firmissimo:
que res Imperatori suspecta displicuit,
eisque excidium interminans munitiones
disperare, rupto per quatuor loca muro,
eos minaciter coegit.

His diebus nuntii Soldani Regis Ico-
niensis ad Imperatorem venerunt, foe-
derisque p: quamvis in Isolepencorantes
commeatum per totam Ciliciam cuncto-
que exercitui, si pacificus veniret, ex parte
Domini sui obtulerunt: per Ciliciam
enim Imperator terram Soldani, cuius
cajus Iconium est, cum exercitu transf-
iturus erat: ideoque pagani, terrore sub-
metuentes, foedere quod sito pacem quam
bellum valebant, licet aliter optatis
eveniret.]

Caput XXXII.

Anno undecimo Pontificatus Innocentii
Christus ut est natus, transit mare
Rex Fredericus.

Vers.

Anno Domini incarnat. MCLXXXIX.

Fredericus Imperator in Pentecoste ge-
neralem Curiam Presburch in Marchia
Ungarie celebrans, exercitum peregrini-
notum in militiam Christi coadunavit,
fructibusque regalibus Henrico Regi
filio suo, Divisiisque pro velle suo inter

filios prodivorum suorum redditibus cum
 collatis dignitatibus, omnibus bene di-
 spofitis, cunctis valedixit, et cum filio
 equivoce Suevorum Duce, nec non et
 Marchione de Mispem, cum Saxonibus et
 multis aliis Principibus et Episcopis, ex-
 ercitu omni apparatu militari admo-
 dum instructo et copiosissimo, in Orien-
 tem contra Saladinum Saracenorum Re-
 gem et omnes Crucis Christi inimicos
 provinciam movit, ac per Ungariam iter
 accipiens, multis muneribus a Rege Un-
 garie liberaliter honoratus, satis etiam
 exercitui victualibus in copia farinæ, vini,
 carniunquæ, in Bulgariam copias transf-
 erat: ibique negato sibi ab incolis
 regni viam vi obtinuit, occisæque
 multitudine resistentium multos ex eis
 captos ex utraque parte vid ramis arbo-
 rum illaqueatos suspendit: sequæ per
 hoc non in perâ et baculo, sed in lancea
 et gladio Sepulcrum Domini visitare o-
 fendit, siquæ transita Bulgaria Gre-
 ciam applicuit. Greci itaque Bul-
 garis inhumaniores, subtracto exercitui
 omni humanitatis necessitate simulque
 rerum venalium commercatu, in ipso Im-
 peratoris Constantinopolitani milites
 sancti sepulcri necessarius defraudan-
 verunt, sequæ in munitiones congestis
 rebus omnibus undique receperunt.
 Cofus itaque hoc a Christianis pati ogye
 ferens, exercitum ad rapinam Gata licen-
 tia relaxavit, Grecisque velut paganis
 utendum, quorum fautores his acti-
 bus se ostendebant, edicto constituit.
 Quæ occasione totus effusus exercitus
 civitatem opimatissimam Philippopolim
 forti aggreffione captam expugnavit,
 opimæque præda ibi direpta, castrum
 munitissimum, Themat dictum, firmiter

et D. utendi

in petu obtinuit, hocque terrore multa
 castella et civitates quodiorum sibi subiecit,
 profligataque regione opulenta præda di-
 titi reliquos ad carnicatum coegerunt.
 His circa finem mensis Augusti gestis,
 Augustus convocatis Principibus eorum
 consilio in quodam hiemare statuit, omni-
 quo in circuitu subiecta sibi terra, mon-
 tem quemdam accepsu difficilom adrece-
 ptionem exercitus movit, eumque
 Teutonico idiomate Chuniqis bere nuncu-
 parit. Ubi contra faciem Constantino-
 politano civitatis potenter residens, om-
 niacque necessaria exercitui a civitatibus
 finitimis convehi faciens, quodam astu-
 tiam Romana potentia Germanica ^{que} fut-
 tudine devicit; totaque hieme usque
 ad Pascha anni sequentis ibi mansit,
 [Quod cum Imperatore suo semper a fa-
 cie eius suffugam constitulis.]

Caput XXXIII.

Anno Domini incarnationis MCXC. Cle-
 mens Papa obiit, eique Coelestinus in
 ordine CLXXV. successit.

Eodem anno Leopoldus Dux Orientalis
 et exercitus Colonienfis, multique de in-
 ferioribus partibus Rheni cruce pere-
 grinationis accita, a Brundisio mare
 transpedi, acaron applicaverunt, illucque
 iam Rege Anglorum Richardo, nec non
 et Rege Francorum Ludovico cum instructa
 militia tendentibus, Pisanis cum Italico
 exercitu eandem urbem iam obsiden-
 tibus, consociantibus, ipsorumque totis vi-
 ribus impugnant, Saladino summa indu-
 stria obsequio operam ferente.

Eodem anno filius Frederici Imperatoris
 Henricus Rex contracto exercitu Alpes

transcendens Italiam ingreditur, indeque
ad Urbem tendens a Caelestino Papa glo-
riose susceptus, ab eoque omnium Roma-
norum favore unacum coniuge in die san-
cto Pascha coronatus, Imperatoris ab Au-
gusto nomen nonagesimus quintus ab Au-
gusto sortitus. Hunc favorem Romanorum
avaritia eorum maximis muneribus satis-
faciens promeruit, ac Tusculanense castel-
lum, quod a seculo Imperii contra omnes
insultus eorum hactenus exhibit, ipse tra-
dens, Imperium in hoc non modico citra de-
honestavit. Qui statim tota Urbe effusi
in ipsa die Patresse castellum funditus
destruxerunt, [Sicutisq; furibus et musis,
igne postremo consumserunt] in vindictam
quod sibi inibi quondam bello illat.
Igitur Imperator Constantino-politanus vim
coactis Frederici fore non provalens, ani-
mum eius pro commissis satisfaciens
placavit, paceque data exercitum omni
opulentia victualium collata, unum-
quodrem reddidit: sicque reconciliatus Au-
gusto, accepto foedere post Pascha post-
fentis anni, structis summo studio na-
vibus, ipsum cum exercitu per Propon-
tidem transiecit.

Capitulum XXXIII.

Maque Henrico Imperatore Imperio licen-
dentis sortito, Fredericus Augustus viri-
bus Germanorum Orientem aggreditur,
ingressusque cum exercitu Asiam prope-
ris successibus ad aliquod tempus in-
cessit, omnibus ei in tota Romania pro
voto parentibus. Igitur Soldanus Rex
Iconii appropinquante Augusto cum ex-
ercitu foedas infringens victualia cum
aliis rebus per totam Ciliciam in munitio-
nes comportari fecit, mactatumque exercitum,

utpote barbarus et Lythia perfidissimus,
 confere noluit. Qua de re maxima fames
 exercitui inhoruit, ac plerisque mules, asi-
 nos, et equos cibum insolitum manducare
 coegit. Sed et hoc extremos agminis pa-
bulatores Christiani exercitus, exercitu
paganos latentes inmissis, latronum
 more assiduis incursionibus aliquibus in-
 terdum occisis, inquietabant, sepius se
 publice ordinatis agminibus offendentes,
 nostris quoque Marte eis congre-^{di} curren-
 tibus retrocedebant, conferereque nullo mo-
 do volebant.

Augustus ergo tali incommo-^{do} exercitum
 fameque et omni penuria laborantem,
 ostimans hoc ignorante Soldano committi.
 Sed ubi cognovit, industria Soldani fieri,
iaculus, Soldano, hoste pronuntiato, ex-
ercitum ad ultionem relaxavit; tota-
 que Cilicia cum Lamphilia Phrygiaque
 proscripta, caedibus, rapinis, ique sensu-
 que utens, profligavit cunctas paganos
 licet provinciam incedentibus, semper tu-
 men in fuga constitutis. Hac itaque rela-
 xatione recreato cum exercitu Ioniam
 cepit totius Cilicis metropolim Solda-
 nique archisolum aciem direxit, eam-
 que inaudita celeritate expugnavit.
 [Denique civitas hoc populosissima
 maximo murorum ambitu turriumque
 proceritate munitissima, arce in ex-
 pugnablem in medio sui complectens,
 omnibus ad obsidionem necessariis re-
 ferta fuerat, uncta extrinsecus regione
 victualibus induta, ne superveniens Au-
 gustus militem ibi aliquandiu sustentare
 posset. Sed deo conatua paganos
 in contrarium vertente res a lires evenit.]
 Nam ante horum diei tertiam Augustus
 civitatem subitaneo incursu civo maximo
 impetu aggressus, multitudine paganos

Et respectu pacti foederis cum Soldano
 a servustione ac injuria respiciendab,
 ostimans hoc ante ignorante aut invito
 Soldano committi. Ubi vero ^{veritas} veritatis
 hinc de industria Soldani, publicata eius
 perfidia fieri cognovit.

resistentium occisa, ante nonam expu-
 gnatam irrupit, innumeris utriusque se-
 xus et status in ore gladii trucidatis,
 Rege Soldano cum nobilioribus in artem
 fugiente. Sicque civitate petitis eodem
 die. usque obsidione vallavit. Vident
 itaque Soldanus viribus Germanorum
 cuncta cedere, eosque Divina quadam
 virtute fullos, ac mortis terribilium re-
 rum contemtores, sine cunctatione cum-
 cta invadere resistentia, talibus cedere pe-
 riculoso. Ductus experimento necessarium
 ratus, Dextras ab Augusto petiit, et ut ei
 mercedem colloqui fera ductus poeniten-
 tia Desideravit. Quo concepto amo cum
 suis descendit, ne pro velle Augusti factus
 Sedititius, talis obsidibus reconciliatus,
 restituta sibi cum Regno civitate Ionio.

Caput XXXV.

His ita peractis, exaribusque soliorum opu-
 lentia ditato, Augustus motis castris ab
 Ionio discessit cum triumpho, Principibus
 Aromeniarum undique ad eum confluentibus,
 et praecipue Leone, illum regionum nobilissi-
 mo Christianorum Principe, qui in montanis
 habitabat: a quibus laudibus susceptus,
 ac condignis gratiarum laudibus pro suo
 adventu et expugnatione paganorum di-
 exhibitus, cum magna triumpho et gla-
 ria recessus Tarsum, Pauli Apostoli nati-
 vitate insignem, proficiscitur, aractis
 ei ad libitum inclinat, nam terra si-
 luit in conspectu eius. Sed terribilis in
 consiliis super filios hominum Deus, non-
 dum venisse tempus miserandi Lion o-
 spendens, solidissimam naviculam Petri
 anchoram in Augusto Fridetico, supra
 fove spei, post tales tonitrosque prosperi-
 tatum eventus, succidit, ipsamque navi-
 culam in modis huius mundi procellis
 quo spari flagellaturique nondum ad

53.
67

putum deprecantem permisit. Nam eque-
quus Cesar Fredericus Tarsum tendens,
ante quendam parte exercitus transpo-
sita, refrigerandi gratia: opus quippe
erat nimis: ingressus: nandi enim peri-
tus erat: subitaneo frigore naturalem ca-
lorem extinguente, deficiens submergitur,
miserabili morte Imperatoris terra mati-
que potens finem vite sortitur. Fortius
a quibusdam, hoc in Cidno amne accidisse,
in quo et Alexander Magnus simili qua-
dam modo, sed non morte periclitatus,
vixit Cidnus Tarsus contiguus est. Obiit
anno Regni XXXVIII. Imperii autem
XXXVI. incarnationis Dominici anno MXXCI.
cuius morte totus Christianorum exerci-
tus irremediabiliter sauciatus, planctu
intolerabili Augustum, si vixisset, vixi-
Oriente meluendum duxit: sepultusque
intepinis eius cum carne reliqua apud
Tarsum, ossa Antiochiam translata
cultu Regis officiosissime reconduntur.

Igitur Fredericus Suevoorum Dux fi-
lius eius, nobilis heres, thesauris paternis
exercitui liberaliter erogatis, militibus Chri-
stianis Deus et spes unica, exercitum mor-
tore confectum consolatus recreavit: edi-
ctoque de hoc fatali loco, et inuiso, milite,
Antiochiam pervenit, ubi statim penitentia,
desecto capite in monte Augusti, per totum
corpus graspat, Divites et pauperes simul
in unum exitiali tate involvens, maxima-
que pars ^{exerc}itus morte infausta consum-
ta Antiochia et in eius finibus sepelitur.
Itaque caelesti confusa inopinabiliter
tati exercitu peno defluxo, Fredericus
Dux reliquis aspunitis, Christianis in
obsidione accaron desudantibus aspua-
tur, ab eisque gloriose suscipitur: ubi
modico manens tempore febre corrigitur,

immaturaque morte raptus cum maximo
 planctu ibidem sepelitur. Sicque nobilis
 illa et inclyta virtus Imperatoria, spes bo-
 nus Ecclesie, in patre et filio ad nihilum
 devenit tanquam aqua decurrens. De
 obsidione igitur Accaron a Christianis fu-
 cta, et qualiter facta fuerit, De Castro con-
 sule Historiam Peregrinorum. [*Ed. ut*
 bene lamentatio Jeremias ^{hinc} calamitati
 respicit aptari, ubi in Threnis filios Sion
 p: nam et hi filii Sion, ut pote peregrini se-
 pulcri Domini:] Desset ita dicens: (Thren. 4.)
 " Filii Sion inclyti et amicti auro primo,
 " quomodo reputati sunt in vasa testea, opus
 " manuum figuli. " Hi si vixerent cum
 tali exercitus apparatu, tanta prudentia,
 tantaque fortitudine instructi in unum cor-
 pus cum Accaronica militia coacti, quid
 gens, quid regio, quis Regum fortissimus,
 immo quid multorum Regum virtus in
 omni Oriente, Italid potentiam, Francid
 a lacritatem bellandique ficultiam, et,
 quod his omnibus supereminet, germanid
 animositalatem et fortitudinem, in Domitum-
 que Regni caput sustinere, respet? Sed
 non est consilium, neque virtus, proter
 Dominum: " nisi enim Dominus edifi-
 " caverit Domum, in vanum laboraverunt,
 " qui edificavit eam: nisi Dominus custe-
 " dit civitatem, frustra vigilat, qui cu-
 " stodit eam. [Psal. 127.] " Ergo tu exur-
 geas Domine misereberis Sion, quando,
 et quomodo, et per quos solveris, cum
 venerit tempus miserendi eius. Quia si
 humana virtute liberari debuisset, teper-
 mittente Fredericus huius victricid titulum
 obtinuisset. Itaque quoniam si voluisset,
 sacrificium sanguinis sui in honorem S. Se-
 pulcri et sancte Crucis tuis dedisset. Utinam.

hodie aucto peregrino mortis suo Delecteris,
animamque eius spiritibus Beatorum in cae-
lesti Jerusalem servare digneris. Amen.
Chron. L. Georgii. 1191. Iter ad Jerusalem
sub Imperatore Frederico.

Caput XXXVII.

Igitur Accaron a Christianis obses per Ro-
gem Francorum, Regemque Anglorum, Leo-
paldumque Ducem, ac per reliquos Prin-
cipes diversis machinarum instrumentis,
balistarumque tormentis fortiter tenu ma-
rius impugnetur; Pisani cum genu-
enfitur, Venetianisque a parte maris vi-
stantibus, quod navium asueti erant.
Interim Rex Francorum sinistro munitio
de irruptione Regni proprio accepto, cum
multis aliis relicta obsidione discessit,
amant plus terronum, quam caeleste Re-
gnum: emensoque mari per Apuliam red-
iens repatriavit. Sed Rex Anglis, egre-
gusque Dux Leopaldus, reliquique egregii
bellatores aratro laborantes Dominico
retro non respexerunt, donec agrum Acca-
ron cada veribus paganorum, fructiferum
reddiderunt.

Saladinus itaque ad liberandos Accaroni-
tas animum intendens, tota industria
exercitum congregavit, Christianosque
obsidione pellendos comminatur. Chri-
stiani autem audito adventu Saladini Tur-
bus fossatis latissimis et profundissimis
cinxerunt se, binas habentes portas, ad ex-
currendum, si opus esset, extra fossatas
conspitutas, victualibus ad ferendam ob-
sidionem undique comportatis. Igitur
Saladinus valido exercitu contracto contra
Accaron aciem direxit, Christianosque
civitatem obsidentes forinsecus obsedit, ca-
stris in quodam colle non longe a civi-
tate locatis, oppidanisque, quam a

+ d. ultra

Christianis per impugna bantur, signum
per signum et furum ei ostendentibus.
quibus illis subueniens, extrinsecus sa-
gittis, balistis, omnique telorum genere
Christianos impugnabat. Christiani vero
ordinalibus aquinibus ultra fossata se-
pius egrepsit, ei publico bello congre-
di cupiebant, ipso semper cedente, bel-
lumque desertante. Tandem civitatem
Saludino prope totis viribus inva-
dentes, ipsam vi obtinuerunt, omnes
paganos, viros ac mulieres, cuiuscum-
que status et conditionis in oculo-
du occiderunt, Saladino assidente, et
cum maximo dolore recedente, paucis
de maioribus captivatis.]

Capta Accaron Rex Anglorum signa
triumphalia sui exercitus turribus affi-
gi precepit, titulum victoriae ex toto fi-
bimetipso satis arroganter adscribens.
Haecque de causa, quum per civitatem
transiret, vexillum Ducis Leopaldi terrae,
quam ipse cum suis obtinuerat, affi-
xum vidit, suumque non esse recognoscens,
cuiusnam sit percontatus. Qui Leopaldi
Ducis Orientalium epe accepto responso,
cumque ex parte civitatem obtinuisse
comperiens, maxima indignatione per-
motus vexillum turris Teuci, lutoque con-
culcari precepit: insuper Ducem verbis
contumeliosis affectum sine causa in-
iuriavit. Proter hoc praeda communi uni-
versorum sudore adquisita, inter suos ma-
ximam distributa reliquos privavit, in seque-
ntia omnium concitavit. Omnibus enim
fortiori militum robore prestabat, et
ideo pro velle suo cuncta disponens
reliquos Principes parvipendebat. Atta-
men Teutonica militia cum Italia his
admodum exasperata Regi in faciem re-
stitisset, nisi auctoritate Militum

Hic pergit codex

Templi repressa fuisset. Anglicam itaque
perfidiam Detestantes Deignantes ascensis, Deestante,
navibus simul cum Duce Leopoldo re-
patriaverunt, Rege cum suis adhuc rema-
nente [quotidieque paganos impugnantem].

Itaque cives Hierosolymitani, omnes-
que, qui paganos ex urbibus vicisque e-
vaserunt, Accaron congregati, urbem ipsam
summo studio munientes, receptaculum Chri-
stiani exercitus sedemque belli contra pa-
ganos constituerunt, eamque pro Signi-
tutum varietate Dividentes, habitationibus
Templariorum, Hospitalariorum, Sepulchri
Dominici Canoniorum, cum sede Patriar-
chali Distinxerunt: ac se quis cum exercitu
egressi paganisque congressi, pluribus
civitatibus castellisque, quae perdidissent,
receptis, paganis magnanimiter resiste-
bant. Repatrianteque Rege Anglorum
Henricum Comitem Campaniae, Data sibi
vidua Vidonis Regis, Regem sibi crea-
verunt: sicque collecto quotidianoque
crescentes numeros, proelia Domini proelia-
bantur, multis de Cismarinis partibus
in auxilium eorum vicisim transfe-
rantibus. Sed his dicta sufficiant, nilo
ad Imperium nostrum redeunto.].

Capitulum XXXVII.

Anno Domini incarnationis MCXCI. Hic pergit codex. .I. XC.
Henricus Imperator, ut proditum est,
a Celestino Papa cum coniuge coronatus,
ipsam seum Ducens Apuliam Siciliamque,
mortuo Wilhelmo, possidere vultus in
Campaniam cum exercitu divertit, re-
bellantemque sibi totam terram invenit.
Nam mortuo Wilhelmo Rege quidam
consanguineus eius de genere Rogerii,
Tancredus nomine, tyrannidem in Sicilia,
quae nutritrix tyrannorum ab antiquo fuit,
sub regis nomine arripens cum consensu
omnium terrae illius Baronum civitatumque

Imperatori violentes restitit, ipsaque
 de hereditate coniugis, quoad vixit, constan-
 tissime propulsavit. Imperator itaque
 Neapolim rebellem Campaniam urbem obsidi-
 one vallavit, cuncta in circuitu terra igne
 ferroque vastata. Quo Rex Francorum
 de transmarina expeditione rediens ad eum
 venit, ipseque confederatus, honorifice
 dimissus in Franciam suam rediit. Post-
 sentia itaque exercitum tangente nihil
 proficiens Imperator de repatriatione
 discessit. qua mora a quibusdam Ben-
 ronibus apud propinquos suis Imperatricem
 capitur, et cum maxima diligentia cu-
 stodiata in captivitate detinetur tempore
 aliquanto. Inglebili ergo principio ad ob-
 tinendam apuliam Imperator de honestate,
 sed meliori postmodum fortuna usus, ad
 cisalpinam regreditur, facta prius a posto-
 lio de captivitate coniugis querimonia,
 apostolius autem commotus presumptores
 huius rei, terra eorum sub interdico posita,
 anathemate constrinxit, Imperatricem
 que captivitate relaxari coegit: quam poste-
 modum ad cisalpinam revertentem Impera-
 tor recepit, die ultionis in corde eius
 cum nimia indignitate statuta. Reversus
 igitur ad cisalpinam Henricus Imperator
 Cunrado fratri suo Ducatum Suedi con-
 cepit. Hic Cunsudus Taquestisque nature
 homo, sed liberalis admodum animi erat,
 ideoque magna appetens, illicitaque semper
 faciens, vicinis et remotis terrori fuit.

Capitulum XXXVIII.

Hac tempestate Rex Anglorum Ri-
 chardus, de expeditione transmarina
 rediens, per ungariam in fines Duci

+ fortis

Leopaldi paucis comitatibus devenit; me-
 morque inuictarum eidem Duci apud Acca-
 ron a se exhibiturum, ipsum nimis metuens,
 dimisso regali obsequio, privato habitu furim,
 celeriterque transire cupiens, in quoddam
 Disertorium apud Viennam civitatem necopi-
 tate prandii divertit, solus proter paucos
 a se dimissis. Maque servili operi, ne agnos-
 ceretur, in coctione pulmentorum dans + per se
 operam, altile ligno affixum propria ma-
 nu vertens asabat, anulum egregium
 (in) digito oblitus. Quidam igitur de
 familia Ducis, qui cum Duce apud
 Auaronitas visum Regem notum habe-
 bat, de civitate fortuito egressus taber-
 nam regali coquo insignem intravit, et
 ex consideratione annuli ipsum respiciens
 et recognoscens, aquitum dissimulavit,
 concitoque cursu in civitatem reversus,
 Ducem, qui tum forte aderat, de presen-
 tia Regis certificans admodum ex-
 hilaravit. Igitur sine mora ascensu equis
 cum frequentia militum Dux accurrens
 Regem fixam carnem manu tenentem
 captivavit, irrisumque tali opere in ci-
 vitatem Duxit, eumque artificiosius cu-
 stodiis mancipavit, digna recompensa-
 tiones reddens ei, quod meruit. [Atta-
 men multi pro hoc facto Duci Petra-
 hentes, ac pro sacrilegio in peregrinum
 Sepulchri Domini commissum com-
 pantes detestantesque improbant. licet
 hoc improbatio captivo Regi, parum pro-
 fuisset.

Imperator itaque captum Anglorum Re-
 gem audiens, missis ad Ducem nuntiis,
 Regem sibi presentari iussit, presenta-
 tumque Wormatiam asportati vincitum

feroque amissum recepit, Ians sibi
 inducias de liberanda redemptione: ad quem
 multi suo tempore maiores visendi gratia
 venerunt, et diversas rerum species Domino
 suo obtulerunt. Haque pro captivitate
 peregrini Regis Leopoldus Dux a summo
 Pontifice excommunicatus, ne simili ausu
 peregrini sancti Sepulchri, a quoquam in-
 petiti a subventionem transgredere ecle-
 siae deterrereatur. Tandem Ians in re-
 demptionem suam Imperatori multis milli-
 bus centenariorum auri et argenti, nec non
 et Duci Leopoldo argento et auro pro-
 hibito collato, eisque pacis et reconciliati-
 one sacramento ab eo firmata, captivi-
 tate exiit, sicque multatus rediit
 in terram suam. Certum autem pretii
 pondus, quod contulit, explicare distuli,
 ne cuiquam incredibile visum suspitatis
 arqueret. Hoc autem sciendum, quod
 ecclesiastici thesauri per omnes Angli-
 eclesias collecti (sunt). Huius census
 pars maxima constabat calicibus, cru-
 cibus, aliisque diversis speciebus con-
 flatis.]

Imperator itaque tanto pretio redemptiva-
 terulibus crocatis, exortum egregie stipen-
 diatum, respectibus sibi Ducibus Marquardo
 Jazisew de Annenil et Bertholdo de Cu-
 nisberch, misit in Apuliam, quorum indu-
 ctia multa castella civitatesque in sedi-
 tionem accepit, ibique Bertholdus iactu
 balistae percussus interit. Tandem in-
 teriva motus Optimates terrae ipsius
 contra Imperatorem unanimiter conspi-
 raverunt, subdique dedignantur omnes
 advenas Teutonios de civitatibus suis
 expulsoe vicerunt.

Id. captivitate

Pergit codex.

Anno Domini incarnationis MCXCIII.
 multis de Cypriarum regionibus cruce
 peregrinationis causa ad auxilium trans-
 marinis catervis accenduntur.
 Eodem anno Henricus Imperator con-
 ducto exercitu secunda vice Alpes trans-
 cendit, transitaque Italia et Tuscia in
 Campaniam arma convertit. In quo itinere
 Richardum de Lercis comitem Britanni-
 cum, a Theobaldo de Reggaturis captum,
 sibi que presentatum apud Capuam pa-
 lio suspendit, capite deorsum verso,
 digna indignatione pro capta Imperatori-
 ce in eum effrenatus. Deinde omnes
 civitates Campanie Apuliaeque aut ex-
 pugnatas destruxit, aut in deditionem
 accepit: inter quas praecipue Salernum,
 Barletum, Buxam, multasque alias
 civitates fortissimas viria inflammatus
 ira, perosa indestimabili probris subver-
 sit: nec fuit civitas aut munitio, quae
 eius impetum sustinere valeret, mitibus
 peregrinorum, quae in provincia trans-
 marinis expeditionis constituta cum eo
 transalpinae erat, quaeque interim con-
 fluebat, operam ei summo visis conferebat.
 Itaque tota Apulia cum Campania in
 provinciam redacta in Calabria et Si-
 ciliam copias transiecit, profligataque re-
 gione, Henricum Marscalcum de Kallindia
 cum instructo ad bellum exercitu reversus
 civitatem Catinensium Invid, ubi omnes
 ipsius sunt Optimates cum innumerabili
 exercitu ordinata acie offendit: eisque
 inunctantes congressus, et victoriam mul-
 titudine occisa adeptus, fugientes insequens
 civitatem cura eis irrupit: captaque Epif-
 copo, qui praecipue rebellaverat, cum multis
 nobilibus, civitatem igne succendit, nec cele-
 stis parcens ecclesiam S. Agathe cum

+ S. B. B.

multitudine utriusque sexus et status, quae
 in eam confugerat, miserabiliter incendio
 consumpti: sicque ad Imperatorem, notiti-
 ter in triumpho trahens captivos, rediit.
 Optimates igitur, ultima desperatione ad-
 acti, solo occidendum Caesarem delibera-
 verunt. Et ut hoc consequi valerent,
 se et omnia sua potestati eius contradide-
 runt. Quibus in fidem susceptis, fami-
 liaribusque habitis, solum et in futurum es-
 sum vivere statuit: quovis tamen per-
 fidiam perfidia vindicare sedecus sit.
 Denique se Selectos minime putantes
 ab Imperatore citati conveniunt ad
 eum: quos omnes captos in vincula con-
 iecit, et exquisitis supplicis affectos
 miserabiliter enecavit. Nam Margari-
 ritam archiepiscopum potentissimum illius
 fens Batonem, cum quodam comite Ri-
 chardo litteris apprimo crudelis, oculis
 privavit, et quendam sepe Maiestatis
 convictum pelle exutum decoravit:
 quemdam vero Regem aspirantem coronari,
 coronamque per tempora claviforeis
 transfigi precepit: quosdam stipiti alle-
 gatos pyraque circumdatos exutus cru-
 deliter extinxit: quosdam veete perso-
 ratos ventre tenus humo agglutina-
 vit, ac per hoc omnibus in circuitu na-
 tionibus, non solum in cismarinis, sed etiam
 in transmarinis partibus, severitatem eius
 relictentibus maximum terrorem incussit.

Chron. S. Georgii. 1192. Luitpoldus
 Dux Austriæ obiit.

Caput XL.

Anno Domini incarnationis MCXCIV.
 Imperator contra Palermum civitatem
 in ultimis finibus Siciliae sitam, quae caput
 Siciliae archiepiscopumque nec non orarium
 thesaurorum Regum eiusdem loci hactenus
eius, quod *Discerps* respectibus visibilibus et invisibilibus dicitur, res est invisibilis sacramenti, et est sacramentum panis celestis et invisibilis, quo vivunt angeli, hic vero panis res est sui corporis. Unde Augustinus: illud corpus visibile et palpabile sacramentum est invisibilis forma, id est, panis celestis. hic tamen panis dicitur alibi sacramentum corporis Christi, quia victus et causa est illius sacramenti. Sacramentum ergo aliud visibile, aliud invisibile: visibile, quantum ad elementorum visibilem speciem, invisibile quantum ad invisibilem Christi carnem et sanguinem. Similiter res sacramenti alia visibilis, alia invisibilis: visibilis quantum ad naturam corporis, invisibilis quantum ad naturam panis celestis.

Res huius sacramenti, quod non existit sub illis elementis secundum alteram naturam tantum, cum indivisa sint in ipso Divinitas et humanitas.

Quod autem prodiximus de sacramento et de re sacramenti, auctoritate Augustini vera esse confirmantur, dicentis in libro sententiarum Prosperi: hoc est, quod Dominus dicitur, quod modis omnibus approbare contendimus, sacramentum ecclesie inebus confici, duobus confari, visibili elementorum specie, et invisibili Domini nostri Iesu Christi carne et sanguine, sacramento et re sacramenti, id est, corpore Christi, sicut Christus confut et conficitur Deo et homine, cum ipse Christus sit verus Deus et verus homo, quia omnis illa res illarum rerum naturam et ^{veri} unitatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesie duobus, sacramento et re sacramenti, id est, corpore Christi. Est igitur sacramentum et res sacramenti corpus Christi. Hinc vigilantius est attendendum, quod in hac promissa auctoritate corpus Christi dicitur sacramentum et res sacramenti. Corpus enim Christi, quod tractatur in altari, figurat illud Christi visibile, quod reponitur in cruce. Quod ostendit Augustinus in prodico libro sic dicens: caro eius est, quam forma panis operam in sanguine utroque invisibili spirituali significata corpus visibile Domini nostri Iesu Christi et palpabile plenum gratia omnium virtutum et Divina maiestas. Item: sicut ergo celestis panis, qui vere Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cum revera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet, quod visibile, palpabile, mortale in cruce est positum. Hieronymus in epistola ad Ephesios: dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi et sanguis, videlicet spiritualis illa atque Divina, de qua ipse ait, caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus, et nisi manducaveritis carnem, videlicet caro mea, quod

crucifixu est, et sanguis, qui militis lancea effusus est. Potest et aliter corpus Christi dici sacramentum, id est, sacra rei signum, id est, unionis, quod confertur in hoc sacramento ad vitam predestinatis. Unde Augustinus in libro De sancta Trinitate: hoc sacramentum est unitatis, signum unitatis, vinculum caritatis. Ex quibus omnibus hoc colligitur, quod hi duo sunt, qui sacramentum dicuntur, et duo quod res sacramenti, eodem scilicet corpore existente et sacramento, et re sacramenti. [Contra hoc vero, quod diximus verum corpus Christi in Dominica mensa tractari, opponitur, quod in fine cuiusdam Missae dicitur: perficiant in nobis, quos sumus Domine, quod continent, ut quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus, ubi videtur ad hunc, verum Christi corpus in illa Missa non haberi. Sed ne error aliquis in his verbis concipiatur, hoc, quod Gregorius dicit in homilia paschali, inspicitur: species et similitudo illarum rerum variabula sunt, quae ante fuerunt, scilicet panis et vini; unde in fine cuiusdam Missae oratur et dicitur: perficiant in nobis. Postulat quippe sacerdos, ut corpus Christi, quod sub specie panis et vini nunc geritur, manifesta visione, sicut revera est, quandoque capiatur. De qua visione Dominus ait in Evangelio secundum Joannem: qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. Quamvis non improbabiles veritatem carnis et sanguinis efficaciam, id est, peccatorum remissionem populus accipere.

Adhuc opponitur, quod Augustinus dicit in expositione psalmi LIII. Donec seculum finiatur, passum est Dominus, sed tamen etiam hic nobiscum veritas Domini. Corpus enim, in quo surrexit, uno loco esse oportet, veritas autem eius ubique diffusa est. Sed notanda sunt, quaedam in Divina scriptura esse, quae inter se contraria, secundum quod verba sonant, esse videntur, apud tamen bene intelligentes adversa non indicantur. Est enim communis usus de eisdem rebus aliter et aliter constituere sermonem, ut de ideo Dominus dicitur secundum consuetudinem, hic cecus amplius non videbit; de eodem tamen, si eum Deus miraculo suo esset illuminaturus, possemus dicere, hic cecus videt et videbit: eodem modo de motu resuscitando. Et ita aliter loquimur de rebus secundum earum naturam, aliter secundum eventum, et Dei omnipotentiam. Secundum autem hos modos locutionis dicit Divina scriptura Dominicum corpus in uno loco manere, de quo tamen ecclesia dicit et tenet, quod in eodem

tempore in infinitis locis sit; id tamen dixerunt est: quo-
rum primum dicitur, est secundum naturam corporis, secundum
iuxta miraculum divinitatis. Unde sane possumus intelligere,
hoc corpus in uno loco concludi secundum naturam corporis, unum
autem et idem simul in eodem tempore in multis locum totum
haberi. Unde Augustinus in expositione psalmi secundum
naturam corporis, non secundum miraculorum veritatem his
verbis utitur. Corpus autem, in quo Christus se junxit, in uno
loco esse oportet, veritas autem vis ubique diffusa est. Hoc
autem ultimum ad divinitatem, quod ubique tota est, referen-
dum est. Augustinus in epistola ad Arrium: ^{nam} hoc corpus,
quod videtis, manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem, que-
runtur sunt, qui me crucifigent; ipsum quidem, et non ipsum,
ipsum invisibiliter, non ipsum visibiliter. Unde et subditur:
si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est tamen, in-
visibiliter intelligi.

Quare autem Christus non in ea specie, qua descendit in
cruce, non videatur in altari, offendit Ambrosius in libro
de officiis: forte dicit aliquis, quomodo vera caro, quomodo
verus sanguis, qui similitudinem non video carnis, non video
sanguinis veritatem? Primo omnium dixi tibi, de sermone
Domini, quo operatur, ut possit mutare et convertere prava
et instituta naturae: deinde ubi non tulerunt sermonem Christi
discipuli eius, hoc audientes, quod carnem suam daret man-
ducare, et sanguinem suum bibere, recedebant. Solus Petrus
dixit: verba vitae aeternae habes, et ego quomodo a te recedam?
Ne igitur plures hoc dicerent, et ne velut quidam esset
horror crucis, sed gratia manente redemptionis, ideo in simi-
litudine, quod accipis sacramentum, sed vere naturae gloriam vis-
tutemque consequeris. Ego sum, inquit, panis, qui de coelo
descendi. Augustinus in expositione psalmi LIII. haec est
in discipulis Christi velut a divinitate sermonis eius facta est,
cum omni diceret: nisi quis manducaverit carnem meam, et
biberit sanguinem meum; illi autem non intelligentes dixe-
runt ad invicem: durus est hic sermo, quis poterit eum audire?
et separaverunt se ab eo, et remansit cum duodecim. Discipulis
illis instruit manentes: Spiritus est, qui vivificat,
caro nihil prodest; verba quae locutus sum ad vos, spiritualiter
et vita sunt, id est, spiritualiter intelligenda. Intellexistis
spiritualiter, Spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt. Spiri-
tualiter intelligite, quod locutus sum; non hoc corpus, quod
videtis, manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem,
quem effusi sunt illi, qui me crucifigent. Sacramentum

vobis aliquod commendavi, spiritualiter intellectum vos vivi-
 ficabit, caro autem non prodest quidquam. Sed quomodo
 intellexerunt carnem? quippe si intellexerunt, quomodo
 in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur. Sciens
 autem Iesus dixit: hoc vos scandalizat, quod dixi, De vo-
 bis carnem meam manducate, et sanguinem meum bibere.
 Si ergo, videritis filium hominis ascendentem, ubi prius
 erat. Quid est hoc? Solut hinc, quod illos moverat; hinc
 aperuit, unde fuerant scandalizati. Illi enim putabant
 erigaturum esse corpus suum, ille dixit se ascendurum in ca-
 lum, utique integrum: cum videritis filium hominis ascen-
 dentem, ubi prius erat, tunc videbitis, quia non eo modo,
 quo putatis, erogat corpus suum, videlicet tunc intelli-
 getis, quia gratia eius non consumitur moribus.

Quod autem sub specie panis et vini potius, quam sub alia
 specie voluit corpus tradere, ideo scilicet fecit, ut signifi-
 icaret et corpus refici et animam, cuius sedes est in sanguine.
 Designatur enim vita corporis et animus, in hoc sacramento
 per carnem et sanguinem, quia per sanguinem aliquando
 anima significatur: in cuius confectione aqua admiscetur,
 ut rotuli multi per aquam significati. Curum? quid est? si
 credantur. Et nota, quod in pane integer Christus susci-
 pitur, quod notatur verbis ipsius dicentis: accipite, hoc
est corpus meum. Similiter et de calice. Et sufficit
 populo corpus Christi sub specie panis, quod perfectius
 est credere. Nec credendum est, Christum ibi esse, sed cor, in-
 tantum, non etiam secundum divinitatem, cum his duobus
 naturis, ex quo natus fuit, sint indivise. Unde Ambrosius
 in libro de Sacramentis: quomodo descendit de coelo panis,
 et panis vivus, quia idem Dominus noster Iesus Christus
 et divinitatis et corporis, et tu, qui accipis carnem, divinus
 eius substantis in illo participas a limento. Est ergo
 Christus panis secundum utramque naturam. Unde Augustinus
 in epistola ad Hieronim: Christus panis est, de quo qui man-
 ducat, vivit in eternum: de quo ipsemet dixit: panis, quem
 ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Designat, quomodo
 panis sit non solum secundum verbum, quo vivunt omnia,
 sed secundum carnem assumptam pro mundi vita. Humana
 enim caro, quae erat peccato mortua, carni eius mundo unita,
 incorporata, unum cum illo effecta, vivit de spiritu eius, sicut
 unum corpus de spiritu suo: qui vero non est de spiritu
 Christi, non vivit de spiritu Christi.

Non geminatur, si utrumque sumitur, quia si duo, altera
 superflua esset, cum idem effectus sit utriusque.

Sacramentibus manducatio est illa, quod communis est bonis
et malis, nam et malis datur corpus Christi. Unde Grego-
rius in libro Dialogorum: est quidem peccatoribus et indi-
que sumentibus rem Christi caro, verisque sanguis, sed depon-
tia, non salubri efficientia. Augustinus in libro de baptismo.
Indigne sumens quisque dominicum sacramentum, non efficit,
ut quia ipse malus est, aut quia ad salutem non accipit, nihil
acceperit; corpus enim et sanguis Domini nihilominus erat
Iudo traditori. Augustinus in psalmum CXIII. quam
multos Judas impet sathanus, indigne accipientes corpus
Domini ad iudicium suum. Non malum est, quod datur, sed
malo in iudicium datur. Bene esse non potest mali acci-
pienti, quod bonum est.

Quod sit manducatio spiritualis, ostendit Augustinus in sermo-
ne de verbis Evangelii: quid est Christum manducare? non
hoc est solum in sacramento corpus eius accipere. Multi in-
digne accipiunt, de quibus ait apostolus: qui manducat et
bibit corpus Domini, iudicium sibi manducat et bibit. Sed
quomodo manducandus est Christus? quomodo ipse di-
cit: qui manducat carnem meam et bibit sanguinem
meum, in me manet, et ego in eo; qui autem in me non ma-
net, nec ego in eo; accipit eulogium sacramentum, ad quod ma-
gnam fruentur. De hac manducatione agit Augustinus in
libro de sancta Trinitate dicens: qui dissonat a Christo, nec
carnem eius manducat, nec sanguinem bibit, etiam si tanto rei
sacramentum ad iudicium sed presumptionis quotidie accipit.
Item: qui vult vivere, accedat, credat, incorporetur. Hinc
cibum et potum voluit intelligi societatem corporis et mem-
brorum suorum, quod est ecclesia in predestinatis. Item Au-
gustinus: qui manducat et bibit Christum, vitam mandu-
cat et bibit. Illud manducare, est respici, illud bibere, est vivere.
Quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate
spiritualiter manducatur et bibitur.

Quorum autem sit ista manducatio, monstratur in Augu-
stino, ubi dictum est, hunc potum et cibum societatem
vult intelligi corporis et membrorum suorum, quod est ecclesia
in predestinatis. Hoc vero manducatio non est putanda
corporalis, sed spiritualis. Unde Augustinus in libro de sa-
nitentia et remedio: ut quid paras, inquit, dentes et ventrem?
crede, et manducaisti. Credere enim in eum, hoc est manducare
panem vivum: qui credit in eum, manducat eum. Augu-
stinus: crepe, cibus sum grandis: non mutabis me
in te, sicut cibum carnis huius, sed tu mutaberis in me.

3.
89

Quibus verbis fiat consecratio huius sacramenti, respondit
Augustinus in libro de sacramentis dicens: consecratio quibus
verbis, et cuius sermonibus est Domini Jesu; nam reliqua
omnia cum dicuntur, laus Deo refertur, ubi autem con-
ficiuntur sacramenta, iam non suis sermonibus utitur sa-
cerdos, sed sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc con-
ficiunt sacramentum. quis sermo Christi? quo facta sunt omnia.
Iussit Dominus, et factum est caelum et terra et mare. Vides
ergo, quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta
vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse, quae
non erant, quanto magis operatorius est, ut sint, quae erant,
et in aliud commutentur? Et sic quod erat panis ante
consecrationem, iam corpus Christi est, post consecrationem,
quia sermo Christi creaturam mutat, et sic ex pane Chri-
sti corpus fit, et vinum cum aqua in calicem missum,
fit sanguis: consecratione verbi caelestis. Accipite, quae
sunt verba. Dicit sacerdos: hoc nobis, inquit, hanc ob-
lationem scripsit, rationabilem, acceptabilem pro videri, om-
nia ista verba Evangelistae sunt, usque ad accipite sive
corpus sive sanguinem; inde verba sunt Christi: accipite
et bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus. Vide
singula: qui pridie quam pateretur, inquit, in sanctis moni-
tus suis accepit panem. antequam consecraretur, panis est;
ubi autem verba Christi accepit, corpus Christi est.
Deinde audi dicens: accipite et edite ex hoc omnes,
hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi calice
est vini et aquae plenus; ubi verba Christi operata fue-
runt, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo vide,
quam potens est sermo Christi universa convertere.
Deinde ipse Jesus testificatur, quod corpus ipsum et san-
guinem accipiamus, de cuius fide et testificatione du-
bitare non debemus. Eusebius Emisenus: invisibilis
sacerdos invisibiles creaturas in substantiam corporis et
sanguinis sui verbo suo secreta potestate convertit ita dicens:
accipite et comedite, hoc est corpus meum; et sanctifica-
tione repetita: accipite et bibite, hic est sanguis meus.
Ergo ad nulum precipientis Domini repente ex nihilo
subsisterunt excelsa caelorum, fluctuum profunda, vasta
terrarum: pari potentia in spiritualibus sacramentis
ubi precipit virtus, servit effectus.

Fides Berengarii de corpore Domini.

Ego Berengarius indignus S. Marcelli cathedra Andega-
vensis diaconus, cognoscens vitam catholicam et fidem
apostolicam, anathematizo omnem haeresim, praecipue eam,

in concil. a. 1059.

qua hactenus infamatus sum, quod asserere conat, panem et
vinum, quod in altari ponuntur, post consecrationem solum-
modo sacramentum, et non verum corpus et sanguinem Domi-
ni nostri Iesu Christi esse, nec posse sensualiter nisi in solo
sacramento manibus sacerdotum tractari, vel frangi, aut
fidelium dentibus atteri. Consentio autem sancto Romano
ecclesie et apostolice sedi, et ore et corde profiteor, si sa-
cramentis Dominicis mens eadem fidem me tenere, quam
Dominus et venerabilis papa Nicolaus, et hinc sancta syn-
odus auctoritate evangelica et apostolica tenendum
tradidit, mihiq; firmavit, scilicet panem et vinum, quod
in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacra-
mentum, sed etiam corpus verum et sanguinem Domini
nostri Iesu Christi esse, et sensualiter non solum sacra-
mento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, fran-
gi, et fidelium dentibus atteri, vivens per sanctam
Trinitatem, et per hoc sacrosancta Christi Evan-
gelia eos, qui contra hanc venerint, cum dogmatibus et
sectatoribus suis eterno anathemate dignos esse pronuntio.
Quod si ego ipse aliquando aliquid contra hoc sentire
aut iudicare presumpsero, canonum severitati subiaceam.
Lectis et perlectis sponte subscripsi.

Augustinus: quando manducamus Christum, non partes
de illo facimus: equidem in sacramento sic fit, et norunt
fideles, quomodo manducant carnem Christi. Unus-
quisque accipit suam partem, unde et ipsa gratia partes
vocatur. Per partes manducatur in sacramento, et manet
integer totus in celo, manet integer totus in corde tuo:
totus apud Patrem erat, quando venit in virginem, et
implevit illam. Ambrosius in libro de sacramentis:
participatio corporis et sanguinis sicut ex omnibus recta
fide offerentibus una fit, ita et una redit in omnes,
non parte corporea, sed virtute divina. Per partes man-
ducatur in sacramento, et manet integer in celo, manet
integer totus in corde tuo. Augustinus de catechizandis
rudibus: In semetipso semel immolatus est Christus, in
sacramento tamen, quod in huius rei memoriam frequen-
tat ecclesia, caro eius quotidie immolatur, comeditur,
et sacratissimus eius sanguis eius potatur, utraque vera,
utraque de virgine suscepta; mysterium enim fidei credi
salubriter potest, investigari utiliter non potest.
Item: vocatur ipsa carnis ipsius immolatio, quia sacerdotis
manibus fit, Christi passio, mors et crucifixio, non
rei veritate, sed significati mysterio. Ambrosius in

libro de Sacramentis: nec occiditur, ut manducetur Chri-
 stus, sed vita naturaliter ut Deus existens mortuos vivi-
 ficat, quando manducatur; reficit et non deficit, vivit
 manducatus, quia resurrexit occisus; omnibus re viventi-
 bus quod vultibus se exhibet, et integer est omnibus et
 castus: illi mutantur in eum, et ipse non mutatur in
 eos. Sic ergo ipsum corpus Domini vita nobis est, non ei,
 offertur a nobis vel propter nostram separationem, quod ex se
 habet, et nobis ex se tribuit. Augustinus in libro sen-
 tentiarum Prosperi: Dum frangitur hostia, dum sanguis de
 calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam Domini
 corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere
 effusio designatur? Seryius papa: tripartitum est corpus
 Domini, pars oblata in calicem missae corpus Christi, quod
 iam surrexit, monstrat: pars comesta, ambulans adhuc super
 terram: pars in altari usque in finem Missae remanens, corpus
 iacens in sepulchro; quia usque in finem seculi corpora
 sanctorum erunt in sepulchris. Augustinus in psalms 20.
 Semel Christus mortuus est, iustus pro iniustis, et peccatis,
 et certum habemus, et spe immobili retinemus, quia
 Christus resurrexit a mortuis, iam non moriturus. Verba ista sunt
 apostoli: tamen ne obliviscatur, quod factum est semel,
 in memoria nostra omni anno fiti, quoties pascha cele-
 bratur. Nec toties ^{Christus} occiditur, sed tamen anniversaria
 recordatio representat, quod olim factum est, et sic facit
 nos moveri, tamquam videamus proferentem Dominum in
 cruce. Augustinus in libro sententiarum Prosperi: Semel immo-
 latus est Christus in semetipso, quod ita intelli-
 gendum est, quia manifestatione sui corporis in di-
 stinctione omnium membrorum suorum verus Deus et verus
 homo semel tantum in cruce pependit, offerens Patri se
 ipsum hostiam vivam, passibilem, mortalem, vivorum ac
 mortuorum redemptionis efficacem, eorum scilicet, quos
 altitudo Divini consilii redimendos iudicavit, proferit,
 prodestinavit, vocavit modis et temporibus, quibus id
 fieri congruebat. Et si nos quotidie offerimus, recor-
 datio mortis eius est, et una hostia, non multa, quia
 semel tantum oblata est.

Cuius quotidie iteratur ista oblatio, cum Christus una
 sua salvaret mundum? Et quod quotidie peccantes
 salutem per corpus Domini semper inveniamus peni-
 tentes simul, et ne magnum beneficium passionis Do-
 mini Petra oblivioni. Ambrosius in libro Dialogorum

+ representat.

W. 149. namque singularis victima ab aeterno in seculo ani-
mam salvat, quod illam nobis mortem Unigeniti Filii Dei per
mysterium reparat. Nos vero hinc sacro sancta quotiescum-
que sumimus, mortem Domini annuntiamus, id est, cari-
tatem eius commendamus, quia tantum dilexit suos,
ut propter eos moreretur, et non tam verbis, quam ipsis
mysteriis, per quod nostris mentibus mors illa pretiosa altius
et fortius commendatur, donec ipse veniat, in palestram ma-
iestatis suae spectare, quod promissit diligentibus se
dicens: si quis diligit me, diligetur a patre meo, et ego dili-
gam eum, et manifestabo ei meipsum. Gregorius: qui se-
culari vivunt in ecclesia, et communione non desinunt,
putantes, se a communione mandari, dicant, nil ad mun-
dationem proficere, sibi dicente propheta: quid est, quod dile-
ctus meus in domo mea fecit scelera multa? numquid car-
nes sanctae auferent a te malitias tuas? quid enim corpus
et sanguinem Christi me sumere prodesse, ei ei per verba me-
ribus contraire? cum corpus redemptoris nostri accipiamus,
nos pro peccatis etiam fletibus affligamus, quatenus ipsa
amaritudo poenitentiae abfergat a mentis stomacho perverse
humorem vitae. Augustinus in libro De S. Trinitate:
quid tam mundum pro mundandis vitiis mortuum, quam
sine ulla contagione carnalis concupiscentiae carna nata in
utero et ex utero virginali? et quid tam grate offerri et
suscipi oportet, quam caro sacrificii nostri corpus effecta
sacerdotis veri?

Quodritur, si fieri debeat, quod habet usus ecclesiae, scilicet
in coena Domini ad imitationem Domini coenam comest.
ad quod respondetur, quia heresis est, quia aut fit ad
commemorationem veteris paschae, aut novi: si ad com-
memorationem veteris paschae, non potest fieri, quia illa
commemoratio tantum fit in altari, ubi conficitur corpus
Domini, ad commemorationem autem veteris paschae
non debet fieri, quia vetus pascha figura fuit novi
paschae: et dignum erat, quando venit res, cessaret
figura; quia si quis postea servavit figuram, negavit
rem iam venisse.

In comestione spiritali septem debent considerari, scilicet,
cogitatio, intelligentia, memoria, amor, imitatio, ad-
hesio. Homo quippe, qui comedit, prius buccellam
panis sumit, et intra in os ponit, et dentibus lenit, et, in sa-
livam de caute descendente pitibus ille glutibilis, et sic
in ventrem descendit, unde corpus roboratur, et spiritus
hominis sustentatur. Buccella panis portio est fidei, quam
ponit Deus in ore cordis: hanc sequitur cogitatio, quae


inquirunt, terit, a quod se frequenter revolvit. Deinde intelli-
gentia, quod panem tritum glutibilem reddidit cum auxi-
lio salivae, id est, gratia dependentis de carne Christi.

Per intelligentiam transit et descendit in ventrem, id est, me-
moriam. Memoria nutrit amorem: amor ducit ad imi-
tationem: imitatio facit plenam adhesionem; unde qui
adhaeret Domino, unus spiritus est cum eo.

Hoc pane confortatus homo potest bibere calicem, id est,
sustinere passionem: cibum potus sequitur, calicem
raspio, in manu Domini cito transit passionis in celum,
sicut rotas cito transfigitur. Postquam comestione ro-
boratis occurrit et proponitur calix. Hunc videntes

desiderant et sitiunt. Primo est calix, deinde sitis:
hanc sequitur potus; sitientes enim potant. Sed quia
multi incipientes potare deficiunt, inebriatio sequitur
potum, per quam homo a terrenis alienatus coelestibus
conformatur. Inebriationem sequitur somnitus, dor-
mitionem quies; multi enim dormiunt, qui non qui-
esunt.

B. esurunt qui etiam sitiunt eternam vitam in spe, vel
quandoque in ipsa re.



sequitur eadem manu.

Quaestiones De Corpore Domini.

Quia in praedictis De veritate et potestate corporis Christi
aspirante sua gratia aliquantulum explicuimus, De ipsius
sacramenti quodstiraculis, quantum Deus Debet, videamus.

Diximus supra, non minus de corpore, quam ore condit
corpus Domini esse sumendum; scilicet ex hoc visibili
et corporali comestione, quod Sacramento bene fit, nisi tunc
habetis fedissima Heresimiarum. Dicunt enim, non
tunc sacramentum sicut corporali comestione, sic et secepi
esse obnoxium. Volunt autem hoc adfructu tum multis ar-
gumentis, tum ipsius Christi testimonio ita in Euan. ye lid
dicentis: omne quod intrat in os, in ventrem vadit, et in se-
cepum emittitur; cum confect, hoc cum dixi se non de
spirituali, sed de communi cibo et carnali. His rejicitur
obsecris hereticis periculosum est, super hoc aliquid
respondere, magisque dignum, aures vestras obtinere, nisi
periculosius est, eos in scandalum ecclesiae tulia, propon-
ere, et tantum eorum falsitatem non nullis fidei catholicae
rationibus reverberare.

Quibus primum illud beati Ambrosii opponimus, quo non
humano aut seculi sensu in Dei rebus monet loquendum;
Deinde illud ipsius sapientis eloquium: altiora te ne quideris,
et fortiora te ne scrutaberis fueris, sed quae indicat Deus, illa
cogita seraper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus
Quomodo enim modo panis efficitur caro, vinum veritatis
in sanguinem Christi, utriusque essentiae mutata natura, vel
utrum vadant in secepum more ciborum communium, in se,
qui ex fide vivit, scrutari et concipere ratione non quidit.
Unde Gregorius in homilia paschali: quod ex agro veniens,
igni comburitur, quando hoc, quod de mysterio incarna-
tionis eius intelligere non possumus, potestati Spiritus sancti
reservamus. Scimus enim, hoc sacramentum omnimoda re-
verentia esse a communibus cibis secerendum, quia, ut
ait apostolus, manducat et bibit indigne non discernens
corpus Domini, id est, a ceteris esis non discernens;
licet enim simili modo quantum ad comestionem per
os in ventrem mittatur, absit tamen, ut tantum sacro-
mentum secepi obnoxium credatur, in quo si huiusmodi
natura videri compleatur, mysterium fidei sua in dignitate
nimia humilietur. Si enim, ut ait Eusebius, hoc hostia d-
stimanda est fide, non specie, nec exteriori conspectu visu,
cum huius hostie substantia credatur Christus, cum pro
specie panis, quod operata est, ad iudicatur ei secepi indignitas,

cum exteriori specie vel visu non sit censendus? quod non solum contra fidem est, sed et contra naturam rationem.

In illis speciebus panis et vini vel nulla est, nisi corporis Christi substantia, vel fides nostra est irritata. Panis enim et vini substantia in corpus et sanguinem Christi conversa, cum facta est quod non erat, desinit esse quod fuerat. Si ergo substantia panis ibi non est, quid desecari et corrumpi usque ad secessum potest? Nam substantia Christi, quae vere ibi est, et in quam substantia panis et vini conversa est, nullatenus corrumpi credenda est, quia incorruptibilis est. Unde Ambrosius: Corpus Christi alienum est ab omni corruptione, quod quicumque religiose gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Et merito; quam enim incorruptionis gloriam nobis largiretur, qui in seipso tantam corruptionis ignominiam haberetur? Sed et qui, quamvis hoc mortis legibus debere videretur, tamen corruptionem videre non potuit in sepulchro, quomodo corrumpi credendus est in hominis stomacho? Cibi corporali, qui angelis oblatis ad comedendum leguntur, per Divinam potentiam prope absumpti secessum naturae suae debitum evaserunt, et cibus spiritualis, qui dat vitam aeternam mundo, vicium et secessum naturae suae indebitum, maiestati indignum, potentiae omnimodo contrarium? Unde Ambrosius in libro De sacramentis: his sacramentis pasce Christus ecclesiam suam, quibus animam firmat substantiam; et post pauca: quid edamus et bibamus, per prophetam Spiritus sanctus exprobat dicens: gustate et videte quoniam suavis est Dominus. In illo sacramento est Christus, quoniam corpus est Christi. Non ergo corporalis est, sed spiritualis est esca. Si ergo spiritualis, et non corporalis esca, quomodo corporali secessui obnoxia? Cibus enim spiritualis nobis communis est cum angelis, quia panem angelorum manducavit homo; cibus carnalis nobis communis est cum bestiis. bestialis defectum patitur digestionis, angelicus gloriam servat incorruptionis.

Sed notandum, quia escam, quam Ambrosius non corporalem adstruit, Augustinus corporalem dicit: in quo ne dispendiant, sciendum est, quod Augustinus corporalem dicit, quia sacra ament totenus corporaliter sumitur; Ambrosius corporalem negat, quia cum substantialiter spiritualis sit, non corpus, sed animam

vegetat. Quia igitur Augustinus secundum speciem
sacramenti etiam dicit cor coloratum, ne in ipsis speciebus
sacramentalibus corporalis deputetur secepus, quomodo
nec in ipsis esse possit, videamus.

In quibuslibet substantiis formarum, colorum, saporum
que qualitates fundantur, quod qualibet alteritate su-
perveniente non manent in eis; et quod si mutantur, non
sunt corruptione secepus, sed sola sui alteratione defectus.
verbi gratia: cum albedo mutatur in nigredinem, nunquam
in defectu suo alicuius secepus patitur Digestionem? Sic
in formis et qualitatibus corporis Christi et sanguinis si
aliquis deprehenditur defectus, non usque ad secepus esse
humiliandus, quia cum a corporibus, quibus naturaliter
insunt, sine stercore deficient, quomodo quod deficientibus
substantiis suis in sacramento Christi mirabiliter ser-
vantur, in defectu suo indignitatem secepus naturae suae
contrariam incurrant?

Sed et cum de ceteris sacramentalibus speciebus, columba
serpente et igne, in quibus Spiritus sanctus apparuit,
Augustinus contra Maximinum dicit: quia corporales
illo speciei peracto significationis officio transierunt,
et esse ulterius destiterunt; nihil indignius de his cor-
poralibus speciebus, quod Christi contingit corpus, esse
sentendum. officium enim visibilis huius sacramenti
est, corporali comestione et potu ostendere, quod
Christus ecclesiae suae incorporatur. quid de ipso deinceps
fiat, si supradictae rationes non videntur sufficere, Deo,
cuius est, fideliter et honeste committatur, melius est enim,
Deo humiliter committere quod scire non possumus,
quam perverso contra eum fingere et sentire, quod
tamen nescimus.

Sed quodam dialectici, cum substantia panis in Christo
corpus conversa iam non sit, panis, in quo fundamente
remanentes qualitates, ut idem, qui fuerat panis color
et sapor, habeant fundari et existere, cum substantia
ipsius sacramenti, id est, corpus Christi, nec colore panis
sit coloratum, nec sapore sapidum? Ad quod respon-
dendum est, quod sicut Deus in omnibus est mirabilis,
sic et in istis: sicut in suo sacramento accidit, ut qua-
litates existant per se, quod in eodem est impossibile; et qui
virgini fecunditatem dedit sine semine, quid mirum, si sine
subiecto fundamente facit qualitates existere? Cum igitur
in sacramento non sit, quod corrumpi possit, panis

et vini substantia, sed tantum panis et vini, quod deficere
quidem, sed ita deficere non potest cum suis qualitatibus for-
ma, quae etiam operata creditur corpus Christi, quod est in-
corruptibilis substantia, non est ibi de se ferore suspicandum,
ubi non est aliqua foeditatis natura, sed tantummodo
divino virtutis miraculum.

Non sunt igitur observanda quorundam hereticorum, qui me-
rito sterore, et vocantur, delibamenta, qui dicunt, par-
ticipatione corporis et sanguinis Christi solvi ecclēsia-
stica ieiunia usque ad crapulam et ebrietatem, ventris-
que dispensationem, putantes, caelestem esam velut terrenam
indifferenter accipi, et in sordidum ventris fœces emitti.
Sed absit a cordibus fidelium, ut in diebus ieiuniorum quo-
tidianaque hora Misa celebretur, solvi credant ieiunium;
quia cum non sit corporalis, sed spiritualis esca, corpora-
lis per eam non solvitur abstinentia. Sed nec observan-
dum est, quod in quibusdam a pœrophorum ratione, ut de ce-
nitur, ne factitius communis cibus accipiat, donec sumta
sacramenta per se digerantur. Neque enim Dominus in
coena post esam et agni paschalis sacramenta corporis sui
dispensatis, si ex ciborum communione ad mixtionem corrupti-
onem vidisset suis sacramentis accidere; quamvis ecclēsia non
hoc imitabile in ipso decernat certis de causis, sed iuris
alio. Dignum enim erat, ut ipse mediator Dei et hominum,
fines legis initium gratie post esam agni paschalis, post comple-
tionem legis veteris novo sacramento novum gratie testamētum
institueret ad vespertinam, ut utrumque hoc in fine mundi se a-
geret declararet. Dignum nihilominus, ut ecclēsia, cui talis
causa officii non superstit, ut post umbram veritatem insti-
tuit, talem ordinem in Christo non imitetur, De cœnis ob
reverentiam tanti sacramenti, ut ieiunio corpore, dum sobrie-
tas vigeat carnis, ferore quiescit, animus ad intelligendum
ferens est, cibo spirituali homo interior prius reficiatur;
quatenus ipse, qui in nobis predominet, celestis cibi forti-
tudine roboratus facilius regat corpus sibi subiectum,
ne ad superflua vel noxia relaxetur. Unde Augustinus ad
Januarium: placent Spiritui sancto, ut in honorem tanti
sacramenti prius in os christiani Dominicam corpus intraret,
quam ceteri cibi. Neque enim quia prius cibus dedit
Dominus, propterea pransi aut cenati fratres ad illud
sacramentum accipiendum convenire debebant, aut sicut
faciebant, quos apostolus arguit et emendat, incensis prius
ista miseri. Sed et si quis spiritualiter refectus ob eandem
sacramenti reverentiam aliquandiu ieiunet, ut hospiti suo
Christo sobria hilaritate condelectetur, bonum est, quomodo
ablata omni suspitione feroris sicut ante cibum, sicut post

NB. tem. ius
feritoris

in vito periculo constitutis pari concadatur, si necesse est.
] Sed opponunt heretici: si multi panes, et multa vina fauer-
tur, Iui hominum non posse vivere, ut non de intestito, sed de
hoc presenti et futuro (Iuino) victu illum astruant interim
secesum habere. Dicunt enim, aliquos per multa tempora hoc
expertos eo deficiere, ut etiam in hac vita cibo alerentur ange-
lico, quos ne de defectu propriis carnis, ut in infirmis antibus solet,
secesum habuisse videatur, ita eos carne vegetatos his cibis ob-
ginatos sint et communibus asserunt, ut cum negata defectus car-
nis, probetur secesus laudo fuisse communionis. Sed Deo annuen-
te nec sic vincunt heretici, quia concedendum est quidem, quod
cibus coelestis, qui confert vitam eternam, potest, quibus sibi pla-
cuerit, conferre temporalem, sed ne in Digestionem solvi credatur,
qui de defectu carnis sub secesum facit infirmis de ipsa carne,
nec tamen de efficiente potest secesum dare sano. Sarcophagus videlicet
secesus consumedatur, nec minuebatur, et quid mirum, si
per tanti cibi virtutem caro alicuius comedentis et vegete-
tus ut crescat, et digeratur, nec deficiat? Quinque panes
hordeacei post satietatem quinque millium hominum usque ad
implendos duodecim cochinos creverunt, et cum illi deo iu-
bente in sua consumptione acceperunt augmentum, quid mirum,
si eodem volente caro humana in sua Digestione non patitur de-
fectum? Aliquos quidem de sanctis patribus legimus nullum
aliud edulium fumentes sola communionis Dominica diebus
Dominicis refectos multis annis vixisse, sicut Eliam in forti-
tudine cibi illius, quem angelus ministraverat, quadraginta
diebus ieiinasse. Sed cuius potentia, nisi illius, qui omnia,
quodcumque voluit, fecit in caelo et in terra? Qui enim de
nihilis fecit omnia, sicut potest carnem alere sine carnali
victu, sic etiam potest secesum dare sine carnali de-
fectu.

Sed iterum opponunt heretici ad tanti sacramenti indigni-
tatem, quod panis et vinum in sacramento mucidum vel
putridum fiat, panis a muribus corrodat, et in ventris co-
rum inveniat, ignibus comburatur. Sed quia, ut ait Augu-
stinus, ideo sacramenta dicuntur, quia in eis aliud videtur, a-
liud intelligitur; sicut enim in quolibet corpore sine detri-
mento substantia albedine nigredine, vel qualitas quolibet sur-
veniente quolibet contraria qualitate dissipatur, sic in sacra-
mento Christi quodcumque mutationis speciemus vel formae vel
estatarum qualitatum seu speciem corruptione, seu vetustatis mu-
tatione, vel quibuscumque modis fieri videtur, ad sacramenti
substantiam, Christum scilicet, non attingit, quem certissime sci-
mus incorruptum permanere in caelis, quodcumque in eius sacramento
contingere videatur in terris. Sicut enim proprio corpore modo
hortulanus, modo peregrinus, modo phantasma, prout erat
fides inventum, apparuit, extrinsecus autem alapas, sicut

flagella sustinuit, sic etiam ad probationem fidelium et scandalum infidelium usque in finem seculi talia fieri permittet in suo sacramento, unde electi exerceantur, reprobi inducantur. Dum enim Christus sacramento occultatus, tantaque sua indignitate dissimulatus, non tamen minus ibi esse creditur, nec mirari reverentia a fidelibus colitur, fides hoc modo probata, dum contra hoc, quod videt, de Deo sentit, maiora meretur; infidelitas autem suo scandalo indurata damnatur, quod ibi contemnit Christi reverentiam substantiam, ubi in repellenda sacramenti indignitate nullam eius videt potentiam. Sed si ibi Christus vel sua presentia evidenter innotesceret, vel sua potentia miraculis clarificeret, quod esset fidei meritum, cui sua conditionis tam manifestum daret experimentum? Fit etiam aliquando huiusmodi indignitas ad puniendam vel corrigendam ministrorum negligentiam, pro eo quod corpus Domini indigno tractaverint, vel contra ecclesiasticas regulas minus attente, vel diutius, quam debuerint, servaverint. Nonne enim manna, si in alterum servaretur diem, putrefiebat? quia interdictum erat a Domino; et tamen si pridie sabbathi collectum usque in diem sabbathi servaretur, incorruptum remanebat, quia sic erit institutum a Domino?

Quidquid ergo deformitatis in Christi sacramento contigerit specietenus, non debet a nobis extorquere fidem veritatis eius, quia qui in corpore suo, cum verus Deus esset, multa indigna pertulit, nihilominus in sacramento suo perseveret, quamvis vere ibi non sit. Ut enim ait Gregorius in Dialogo suo, in specie leprosi Christus Martyris monacho apparuit, qui cum baculatus de collo eius evanisset, subsequenter ait: quia non me erubuit Martyris in terra, nec ego te erubescam in caelo. Quis igitur in sacramento Christi quaslibet indignitates debeat erubescere, cum pro digna eius reverentia caelestem remunerationem debeat obtinere? Senex Simeon Salvatoris quasi brutam et insensatam infantiam, eiusque excitem ac debilem, quam in ulnis gerobat, formam, vilitus quidem parvis oblitam personam non attendens, maiestatem Deitatis in tantillo corpore agnovit et credidit, Dominum vocavit, se eius servum professus est, ut ab eo in pace dimitteretur oravit, salutare Dei se vidisse perhibuit, lumen esse ad revelationem gentium, et gloriam plebis suae Israel prophetavit.

Ut ergo quaslibet indignitates in sacramento Christi vera fides non erubescat, sciendum est, quod sicut multa aguntur

in sacramento Christi, quod non videntur, si in eo multa
videntur fieri, quod aliter dispensantur. Gregorius enim
dicit, in ipsa immolationis hora caelos aperiri, angelorum cho-
ros adesse, quod quamvis fiant, vere, non tamen videntur.
Item idem ait: caro eius in salutem populi partitur, cuiusque san-
guis funditur, fitque aliter, quam videatur, cum ipse integer
perseveret et vivus. Sed quid mirum de his? ipsum corpus
Christi videtur panis esse, et non est panis. In eo igitur quod
videtur esse, et non est, videntur multa fieri, quae non fiunt; velut
quia Christus Martyris apparuit leprosus, nunquid ille species
sote vera lepra repperit fuit? In vitis Patrum legitur,
aspicientem quosdam sanctissimo patre angelum Domini qui-
busdam indigne communicantibus corpus Domini subtrahere,
et pro illo carbonem porrigere. His ergo aliud videbatur, et
aliud fiebat. Item legitur Tharsicivus martyr, corpus Domini
ferens, cum a paganis comprehensus requireretur, quid
ferret, et sanctum canibus dare vellet, martyrium obti-
nuisse, cumque illo mortuo quererent, quid ferret, corpore
Christi coelitus sublato linteamina tantum, quibus ipsum
continebatur, reposita sint. Sic et alia multa in hoc spiritua-
li sacramento invisibiliter fieri credenda sunt angelico
ministerio.

Quidquid igitur in sacramento Christi fieri videtur, ut dictum
est, fieri etiam monstruose videatur, pro aliquorum negli-
gentia puniendum vel corrigendum, seu pro fide probanda et in-
struenda, seu pro perfidorum scandalo et ruina, fidem Christi
non evacuat, quia dispensante aliter Deo nullatenus ad sui
corporis indignitatem attingere credendum est. Nec solum
corpore Christi, sed etiam ipsi sacramento visibili eadem
causa mucorem accidere negamus, et putredinem, quam su-
perius digestionem (diximus), quia cum illis species sint sine
panis et vini substantia, quomodo mucescere possunt magis,
quam digeri, non facilis patet causa. Ipsi vero species, cum
non sint eternae, defectum negare non possumus,
sed ipsum defectum dicimus ita simplicem, ut nullam fedi-
tatis admittamus corruptionem. Possunt tamen videri
mucida et putrida, quamvis ita non sint, sicut Christus
hortulanus peregrinus, prout erant intuitivam mentis;
sed hac visione cum eis, quibus fit, ita agitur, ut supra-
dictis causis in eis compleantur.

Quod autem ventrem dissendere, vel inebriare dicuntur,
non hoc quidem suum esse approbamus, sed quando ita fa-
cere videntur, eisdem supradictis causis id fieri credimus.
Si autem in vomitu ebriorum vel infirmorum huiusmodi
forma seprehenditur, vel etiam in ventre bestiarum,
quod aliud portenditur, nisi quia cum ebrietas et

in poenitentibus infirmis, ut dignum est, manere contempsit,
 vel eos, a quibus servari et sumi debuit, bestis Inferiores
 offendit. Cum enim propter peccatum qui creatori, qui ubique
 est, omnia mundi sint, quomodo videtur immundis, esse in
 ventre muris, quam in ventre adulteri in poenitentis?
 quod autem etiam a religiosis incendio trahi, et ibi dispa-
 rare dicuntur ipse sacramentales species, non ad indigni-
 tatem Christi fit, quasi ignibus excusendus tradatur, quod
 impossibile, cum sit omnium elementorum Deus: sed quoties
 talis indignitas ipse sacramento negligenter acciderit, ut
 horrorem fumendi mentiat, ipse sensuales species, quas ibi
 sem Deus altissimo suo consilio, post mutationem sua sub-
 stantia remanere voluit, ignibus traduntur, ut ostendant,
 quid suum est despicendo et dissipando sine omni foedi-
 tate in illo purissimo ignis elemento. Quapropter
 sicut summa fumi reverentia, sic summa servari de-
 bet diligentia, quia tanto dignitatis tantoque sa-
 lutis negligentia vel oblivioni subiacere non debet, sed
 quod magna Dei gratia agitur, decet et oportet, ut
 magna ecclesie sollicitudine devote et indefinenter su-
 per omnia honoretur.

Quod autem, cum sacrificium ecclesie constet visibi-
 li elementorum specie, cur Deus illud visibile esse voluerit,
 cum ipse invisibilis sit, et a veris adoratoribus Patrum in spiritu
 et veritate adorandum esse dixerit, et Psalmista sacrificium
 Deo spiritum contribulationem esse dixit? Satis sciendum,
 quia in sacramento visibili presentium invisibilis corporis
 sui exhiberi voluit, ut sic nostram magis excitaret memo-
 riam ad reddendam tantae pietatis suae gratiam. Sicut enim,
 cum omnia popet, non in nobis ipsis, sed in exterioribus
 alimoniis temporalem vitam nostram retineri voluit, ne
 nobis debere videremus, quod sumus, sed ei potius, a quo sunt
 illa munera, unde vivimus: sic etiam visibili suo sacra-
 mento, quo vitam aeternam percipimus, admoneri
 nos voluit, eius gratia esse referendum, quod ab ipso vitam
 aeternam accipimus, quam in nobis non habebamus,
 immo per nos perdidimus. Sicut ergo, teste apostolo,
 invisibilia ipsius a creatura mundi per ea, quae facta
 sunt, intellecta conspiciuntur, sic invisibilis presentia
 sua signum sacramentum suum esse voluit, ut sic intelle-
 ctum nostrum de sua reddens gratia certiore, affectum
 nostrum faceret erga se ardentiorum. Ne autem existi-
 metur, cum ipse invisibilis sit, visibilium sacramen-
 torum sacrificia ei non congruere, ait Augustinus in
 libro X. De civitate Dei: qui aeterna putant, hinc

visibilia sacrificia dūs alienis congruo, illi vero tanquam invi-
sibili invisibilia, et maiori maiora, meliorique meliora, qua-
lia sunt pura mentis bonoque voluntatis officia, profecto
nesciunt, hoc ita esse signa illorum, sicut verba sonantia signa
sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque laudantes ad eum
dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde, quas signi-
ficamus, offerimus: ita sacrificantes non alteri visibile sa-
crificium offerendum esse novimus, quam illi, cuius in cordi-
bus nostris invisibile sacrificium nos ipsi esse debemus.

Sciendum omnino est, nos, qui non solum spiritus, sed et cor pura-
sumus, corporalia sacrificia exhibere debere, ut sicut ex utris-
que consistimus, ne aliquid otiosum remaneat, ex utris-
que Deo corporaliter et spiritualiter servicemus.

Quæritur autem, quare sacrificium euepiscopi non con-
sistat solo sacramento, vel tantum corpore et sanguine
Christi sine sacramento, vel quare utroque? ad quod respon-
detur, quia si solo sacramento, id est, pane et vino conspu-
tio, et non mutatio constaret, non esset causa, quare
novi testamenti sacrificium veteri testamento super-
ordinatum esset; cum sicut illud tantum modo fuit umbra
et figura futurorum, sic tantum modo esset figura et com-
memoratio præteritorum. Cum enim Christus dixerit, hoc
facite in meam commemorationem, quid nisi ut significaret
et representaret præteritam Christi passionem? Conferamus
ergo novam vim veteribus, simplicem simplicibus, ut
quod ex his prodeleant tum corporaliter quam spiri-
tualiter, videamus.

Cum enim profers sacramentum, si tantum modo sacramen-
tum est, corporalis cibus sibi, sicut vetus fuit, nonne manna,
quod Deus de caelo pluebat, et omne delectamentum saporis
in se continebat, erat dignius et melius? itemque panis pro-
positionem, similitaqines, et vituli pro quo ille populus sacrifi-
cabat, nonne meliora erant ad reficiendum, quam modicum
panis et vini vix ad gustandum? In novo sacramento
ablata fide gratia interioris, exterior species in panis mica
vel vel vini gutta nullius est existimationis, quæ et in eo
ideo nullius existimationis exteriora facta sunt, ut ei, qui
intrinsicus creditur, gratia omnis impenderetur summa
devotionis. Cæpsa enim videretur tot hominum assistentium,
et huic sacramento ministrantium veneranda fidelitas,
nisi ipsius sacramenti longe maior crederetur, quam videretur
veritas et utilitas.
Cum ergo exterior quasi nulla sit, cui tanta vim perducatur

enerationis obsequia, aut insensati sumus, aut ad intima
mittimus magno salutis mysterio.

Sed et sacramentali officio non prodeat novum veteri;
cum enim sit memoria tantum et figura passionis Christi,
tanto indignius est, novum renuntiando proterita quid
memoria cuiuslibet hominis esse, quanto vetus melius et divinius
renuntiando eadem futura, quod prophetis Divinis solummodo
est. Si enim panem non vere carnem Christi, sed umbraticum
tantum in memoriam crucifixus carnis eius dicimus, nonne
novum sacramentum umbra tantum et figura sicut et vetus
erit? Ides autem dicitur, quia illud umbra futurorum
fuit spirituales, istud proteritorum carnaliter.

Sed et effectu non prodeat, quia nec peccata remittit,
nec caeli ianuam aperit. cum enim vetus solummodo in
cibus et potibus, et variis baptismatibus et iustis coris
non potuerit iuxta conscientiam perfectum facere servien-
tem, ut ait apostolus, quia umbram quidem futurorum
honorum habebat, non ipsam imaginem verum, quemodo
novum, cum similiter umbra sit, remissione peccatorum,
perfectu virtutum iuxta conscientiam munditiam per-
fectum servientem reddere poterit? Quia ergo vetus in
hac vita perfectam meritum conferre non potuit
gratiam, ideo nondum resecata paradisi ianuam non statim
post hanc vitam perfectam mercedis contulit, sed distu-
lit coronam. sanctis quidem animabus requiem quidem
tribuens a labore, sed gloriam non tribuens pro labore,
nec ventris saturitate, nec sacramentali prophetia, nec
effectu spiritualis gratia, temporalis et otend.

cum igitur novum veteri prodeat, quomodo magis
quam illud proficere habeat? Nisi enim in hac vita
conferat plenitudinem gratia, post hanc vitam non con-
feret plenitudinem quietis et gloriae. Si ergo novum
sacramentum neque corporaliter neque spiritualiter me-
lius esset antiquo, quare ei superordinari deberet, nulla
esset ratio. Quid ergo dignius contulisset Christus, quam
Moyses, filius Dei in domo propria, quam pater eius in aliena?

Si autem umbram umbra mutaret, nec complect, quando
vel a quo veritas sacramentis figurata et promissa com-
plenda esset, si ille, qui veritas est, non veritatem, sed
umbram pro umbra daret? Dedit ergo oculis suis veri-
tas veritatem, Christus corpus suum et sanguinem,
ut quod vetus umbra non poterat, ipse redemptionem
remissionemque peccatorum, quam semel fecerat in cruce,
faceret similiter quotidie in altari, et quotidianam

peccatorum contagio ^{sub} saluberris quotidianis subveniret
remedio, idemque iherosolimitanus erat caelestis visus et pro-
mum, in presenti esset medicina et viaticum. Nisi enim ipse
sacerdos, qui caelos penetravit, vita nobis fieret ad se ipsum,
caeli ianua nobis clausa foret in eternum. Quod ideo in pas-
sionem Christi reserata est credentibus, quia idem, qui
est sacerdos, sacrificium factus, unctus sibi commemorandus,
ut cum unum fuerit commissio, ubi ipse est, ibi sint in ipso.
Unde etiam ad magnam horam peccatoribus et iustis in passio-
ne Christi eadem die latro, eadem die iustus, eadem die
cum Christo in paradisum asportatus, pro quibus iustis potius,
ut non solum constaret, eadem die paradisi ianua homini-
bus reserata, sed et constaret, Dei gratiam non aetate
temporis astringi, nec peccatorum quantitate, circumscribi
ad vitam eternam promissa statim conferenda sufficit vis
vix unius horae penitentia, post tot flagitia.
Quis ergo dubitet, passionem Christi esse omnium pecca-
torum esse remedium, quod tam sero, tam cito, quasi omnium
peccatorum primitias iustificavit, et salvavit peleratissimum?
Sicutam gratiam prerogativam in sacramento Christi B.
Ambrosius intuenti ait in sermone De sacramentis ad neo-
phylos, nova sacramenta veteribus proferens: summo
studio volumus comprobare, quia et antiquiora sunt sa-
cramenta caelestia, quam synagoga, et, instantiora, quam
manna. Et paulo post: probatum est, antiquiora esse cele-
stia sacramenta, nunc cognosco potentiora. Revera mira-
bile factum fuit, quod Deus non manna, sed tu-
men, qui illum panem manducaverunt, omnes in deserto mor-
tui sunt. Ista autem esca, quam accipis, ipse panis vivus, qui de
caelo descendit, vita aeterna substantiam ministrat, et corpus est
Christi. Considera nunc, utrum potentior sit panis angelorum,
an caro Christi, quod utique corpus vitae. Manna illud de caelo
hoc supra caelum, illud caele, hoc Domini coeternum: illud cor-
ruptioni obnoxium, hoc alienum ab omni corruptione. Illis
aqua de petra fluxit, tibi sanguis a Christo. Illis ad horam
satiavit aqua, te sanguis diluet in aeternum. Indus bibit
et sitit, tu cum biberis, sitire non poteris. Illud in umbra,
hoc in veritate. Si illud, quod miraris, umbra est, quantum
illud, cuius et umbram miraris? Cognovisti potentiora, po-
tior enim est lux, quam umbra, veritas, quam figura, corpus
aeternis, quam manna de caelo. Et paulo post: accipe, quod
dico, diviniore esse sacramenta Christianorum, quam Iuda-
orum. Nunc ergo nova sacramenta superinducata sunt veteri-
bus, quod eis ita predominant veritate, dignitate et gratia, ut

omnia compleant, quod illis fuerant impossibilia. Quam
vere enim Christus se ipsum daturus est sanctis ad gloriam
in futuro, tam vere ad omnem gratiam dicit se ipsum ecclesie
suo modo, quamvis non ita manifeste, sed sub sacramento.
Si enim sine sacramento velamine corpus suum et sanguinem
daret, quis sumere non abhoreret? ut enim superior ait
Hieronymus et Augustinus, homines hominem comedere fla-
gitium esset aut facinus, quia interdictum est Divinis et hu-
manis legibus. unde etiam Discipuli sui audientes, quod car-
nem suam daret ad manducandum, et sanguinem ad bibendum,
putantes quod erudum, aut aqua coctum, vel verum aspatum
visibiliter daturus esset se ipsum, receperunt ab eo, dicentes:
durus est hic sermo. Igitur, ut ait Ambrosius, ne plures
hoc dicerent, et ne veluti quidam horror esset crucis, sed
maneret gratia redemptoris, ideo in similitudine quidem
accipis sacramentum, sed vera naturam virtutem gratiamque
consequeris. Et ut probemus, Christum salubrius sumi
cum sacramento, quam sine sacramento, quod unde
proverbiat, modis omnibus attenderemus. Aut enim eum
sumeremus vivum aut mortuum? Sed sumi mortuum est
impossibile, cum sit immortalis; Christus enim resurgens
ex mortuis iam non moritur, De cetero quam vitam ab
eo speraremus, quam mortuum sumeremus?
Non igitur per partes concisum, vel elixatum, vel aspatum,
ut illi putabant, possumus eum sumere. Si autem vivum;
aut et in eo statu, quo fuit ante passionem, aut in eo, quo
fuit post resurrectionem. Sed si in eo statu, quo fuit ante
passionem, quis deglutire posset hominem triginta anno-
rum vivum et integrum? Quod si etiam fieri posset per
eamdem potentiam, qua ipsam corpus integrum per vi-
regam matris virginalia transiit, non tamen fides ha-
beret meritum, cui tanta evidentiis suis ratio probaret
experimentum. Si autem in eo statu, quo fuit post re-
surrectionem, glorificatum corpus Christi sumi, quale in
celo est, ostenderet intolerabilem claritatem suam oculis
inhuentium offendet, et non sustineret humana fragilitas.
unde Augustinus ad in libro ad Prosperum: clarificata
carne Christus utique resurrexit, sed noluit in ea clari-
ficatione discipulis apparere, quia non posset oculis
talem claritatem perspicere. Si antequam moreretur
et resurgeret, quando transfiguratus est in monte disci-
puli eum videre non potuerunt, quanto magis clarificata
carne Domini eam videre non potuerunt?

Si autem sua potentia clarificati visum nostrum contemperaret, non suo loco aut tempore in contemplationem suae gloriae remunerationem suam nobis subordinans meritum auferret, quia amplius laborare non liberet, sicut et Petrus in transfiguratione dixit: horum est hunc hunc ope, faciamus hic hunc tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Elid unum. Quod, ut ait Leo, non erat improbum, sed inordinatum. Unde et ipse Christus filios obedire, potentes sibi se dextra dextera eius et a sinistris, prius misit ad laborem, ipsam ad requiem, dicens: calicem meum bibetis; quia vidit eis magis excedere, ut per meritum ordinem dignis et fructuosius ad premia pervenirent.

Quia igitur nec per se sacramentum, nec per se expediebat, in sacrificio suo corpus suum sacramentum unum omnibus, sacramentum legalibus dignitas superordinavit, quae et praedictas incommensuritates honoris vel splendoris corpus suum abscondendo auferret, et veritatem sui corporis umbris effectus sacrificiorum veterum complendo ut si per vas revelaret, et eis ipse sacramenti sui figura, quia plus quam figura est, praediceret. Licet enim Augustinus dicat, quia sacramenta in signis diversa sunt, in re, quae significatur, una; hoc tamen singulare sacramentum, dum figura et corpus Christi est; sicut ait Johannes, quia quod, ut dicitur, ostendit, propheta fuit et plusquam propheta; ita etiam hoc sacramentum figura est et plus quam figura, significando quidem per configurantibus, sed et significans et significatum existendo praecellens novitate tantum significatibus. Nec solum prius Dominus umbras et figuras veteres, ut superfluas superveniente novitate et veritate sui sacrificii respuit, sed et multipliciter sacrificiorum veterum singularitate sui sacrificii abbrevians, occupationem exteriorem nobis iniecit, nobis gratiam multiplicavit, in uno unico suo sacrificio redemptionem remissionemque peccatorum faciens, profectusque fidei ceterarumque virtutum ad vitam aeternam perducens. Sciendum enim, quod ideo Deus tam multa sacrificia dedit in lege, ut nullum eorum sufficiens esse ostenderet, quia cetera essent superflua, si unum sufficere posset; ut unum suum sufficiens magis desideraretur, et internum in eis modicum sentiret suffragium, in eorum tamen multitudine maiori occuparentur exercitia, quo modo Deum discerent colere, et ab idololatriae cultura recedere, et certiori tot figurarum testimonio, quo futuram veritatem non dubitarent sperare.

Egregium igitur et super omnia excellens sacramentum pro-
 vidit nobis Deus in sacrificio suo, quo corporis et sanguinis
 sui veritatem panis et vini qualitatibus tactam abscondit
 digna causa, ne scilicet infidelibus pateat, et eorum blas-
 phemia vilescat, neque nos iudicent inhumanos et crudeles, ut pote
 humani corporis comestores, et sanguinis bibitores. Fidelibus
 autem, quibus paravit ad salutem in panis et vini specie et sapore
 sumendi fecit constitutionem, ne, ut superius dictum est, si
 carnis et sanguinis humani colorem videret, saporeque parti-
 ret, humana pietas abhorreret, splendore autem eius spirito-
 lerabi perstringeretur, stuporem mentis incureret; si gloria
 demulceretur, bonorum operum torpore heberet. Sic enim
 carnalem occupationem nobis abstulit exspirata multi-
 tudine sacrificiorum veterum, ut mentem spiritualibus ex-
 rediret. Ita inusitatis quibuslibet sacrificia sui circumstan-
 tiis impedire voluit, quo spiritualibus et liberius nos sibi
 in suo sacramento uniret.

Ne ergo mens insolita visione turbaretur, consuetam suo
 sacramento reliquit speciem, ut ad interiora contemplanda
 puriorem fidei dirigeremus aciem. Per acceptance enim huius
 sacramenti Christo perfecte uniri et concorporari debemus,
 et in hac vita conformitate innocentiis, quantum possumus,
 et post hanc vitam simili beatitudine, quantum digni fuerimus.
 Nec deest ad exteriora extendi, nec ad multiplicia dissipari,
 quos ab omnibus, ut unum cum Christo sint, oportere
 recolligi.

Quod tamen ecclesie sua Deus voluit esse tam fructuosum,
 non omnino voluit esse otiosum, quod dum in mysterio, quod
 non est, apparet, quod est occultatum, fidei luctu proponitur, ut
 meritum augetur: Dum contra hoc, quod videt, credens, quod
 non videt, se credita intus veritate, se superata exterioris suspic-
 tate Deiplicem asequitur gratiam. Cetera enim Christi
 miracula cum sint infidelibus in signum, ut convertantur,
 hoc solum fidelibus datur ad meritum, ut illos erudiantur.
 In illis enim, quos Deus intrinseca fecit materia, roboratur fides;
 in hoc autem solo, quod ex seipso fuit, fide, exercitatur, ut
 victa et invicta feliciter coronetur, victa inquam, ne compre-
 hendat, sed invicta, ne diffidat; Dum exterioris quidem sensus
 obiecta panis et vini specie, colore, odore, et sapore, ipsum
 quod fuerat, mentione panem et vinum, quod non est, rituat
 ad fruere; interior autem intellectus ipsum, quod est, corpus
 scilicet Christi contemplanans non comprehendere sufficiens,
 non tamen desistit credere.

Hanc credendi difficultatem sancti attendentes et carentes,
 de hac sacramentali consecratione asserenda sui multamque

laboraverunt, quia non solum invisibile, sed etiam invisitatum
videretur et admirabile, ut invisibilis sacerdos visibiles creaturas
in substantiam sui carnis invisibiliter convertat, et quod
terrenum est, caeleste faciat, ut qui pro nobis tanta in saepe
ratur, nobis De nobis maiora promittat. Qui enim pro
nobis aquam figuratam oblatam sicut et vinum pro
se oblatam in veritatem et unitatem sui sanguinis mutat
in nostro et suo sacramento: quanta magis nos secum unum
faciet in eternitatis sui promissio? ~~et~~
Sed et in tanti mysterii fide intellectus intrinseci et exteriorum
sensuum luctam subinveniens ait Augustinus in sermone
De verbis Domini: quod videtis in altari, panis et calix est,
quod etiam oculi vestri renuntiant; quod autem fides postu-
lat instruenda, panis est corpus, calix est sanguis. Sed potest
animo cuiuspiam talis cogitatio oboriri: Dominus Iesus Christus
novimus, unde carnem accepit, De virgine scilicet Maria,
nutritus est, crevit, se multus est, resurrexit, caelum ascen-
dit, illic levavit corpus suum, inde venturus est iudicare
vivos et mortuos, ibi est modo sedens ad Dexteram Patris:
quomodo igitur panis corpus Christi, vel, quomodo habet calix,
quomodo est sanguis eius? Ista, fratres, ideo dicuntur
sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur.
Quod videtur, speciem habet corporalem; quod intelligitur,
fructum habet spirituale. In quo videtur innuquasi
quodatur, cum Christus in humana forma rationabiliter
se gesserit vel natura humana, vel potentia Divina, et in
caelo usque ad diem iudicii corporaliter mansurus sit: quis
corpus Christi huc deduxit, vel panem nostrum illuc levavit,
ut tam subito in corpus Christi mutari possit? Quod quia
inoffabile est, quomodo corpus Christi fiat, et ibi maneat,
ad intelligentiam spirituales et fides talia cogitantes evocat,
quia esse sciri non potest, credi potest, quia quod videtur,
non materiale corpus panis est, sed ~~est~~ species corpo-
ralis; quod autem intelligitur, Christus est, qui omnia, quae
vult in caelo et in terra potest: sicque dum exteriorum
sensuum testimonio non acquiescit, nec interiori inquisi-
tione comprehensum comprehendens, De veritate tamen
non titubans, fit per Dei gratiam, ut in tali suo agone
fides nostra exercetur, exaccendo augetur, augetur perfici-
ciatur, perfecta coronetur. Unde Augustinus in sermo-
ne super Iohannem LXXVIII. fides, quae conatur, qui
Deum visuri sunt quandoque peregrinantur, coram man-
dantur, quod non videt, credit. Nam si vides, non est fides,

credenti colligitur meritum, videnti additur premium.
Erat ergo Dominus, ut, ne videretur; lateat, ut cre-
datur, creditus desideretur, desideratus habeatur.
Quia ergo in hac reuerentia nostra exaruit latere
Christum, ut credatur. Vene igitur Christus sub sacra-
mento. Dedit nobis, ipsum, ut pro hoc nobis et fidei
meritum, et gratia sua augetur beneficium, cum interna
quodam et corpus solida panis et vini substantia
forma maiestatem sapientie Verbi Dei substantialiter
comprehensam incomprehensibilem credas, et honorari
non erubescimus: qua quantitate et qualitate sua ita
eius excellentia videatur indigna, ut nullatenus etiam
estimari debeat, nisi quia ipse est Deus, qui omnia,
quodcumque voluit, fecit in celo et in terra: ut potesta-
te tali sit in unitate, corpus et in celo et in terra, quan-
tumque, quomodo, quomodoque sibi placuerit. Huc fide
ipsum sacramentum quasi diuinum quoddam adoremus,
quasi virum quoddam et rationabile alloquimur et ro-
gamus: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis;
quia ^{quod} ~~quod~~ non videtur, sed quod vere est, Christum ibi
esse credimus.

Quodritus autem, quare fides tanto vere exigatur in hoc
sacramento? quia videlicet falsa fide mundus perit,
quando Adam prius diabolo quum Deo credere presumpsit
Dum in ligno scientie boni et mali vetito plus speravit di-
vinitatem assequi, quam ab hoste promittebatur, quam
vincere mortem, quam Deus mirabatur. Sicut ergo dia-
bolus non umbram in ligno inobediens, sed ipsum verum
et visibilem fructum exhibens, promisit id, quod non vide-
batur, scilicet vitam sicut di: sic et Deus non umbram, sed
ipsum, qui in ligno rependit obedientiam, in suo visibili
sacramento exhibens, promittit vitam eternam, quod non
videtur; ut dum in ea re plus ei modo creditus, quam
hosti, ut dignum est, sanctus hac vera fide ita perfida
fideo, qua olim plus diabolo quam sibi iniuste creditum
est. Sicut ergo in ligno vetito, sic nunc in Christi sacramento
debet visus aut gustus, sed fidei vigere interiorum: quia sicut pomum
visu secorum et suave ut comedendum cibum vitalis videtur, et
mortem intulit, sic e contrario sacramentum et sanguinis
Christi videtur mortalitatis nostre cibus, cum vere vita eterna
sit. Quapropter utriusque rei media vera fides videtur necesse panis,
Adde, ut crederet mortem esse in pomis, et ita vitaret; nobis
vero, ut in sacramento Christi vitam credamus, et ita eam
assequamur. Utrumque enim ex se contrarium visui effectum

parit, illud, dum videtur cibus voluptatis et vita, mortem affe-
rens; istud, dum videtur cibus mortalitatis, vitam eternam ex-
hibens. Sicut igitur a Petro post trinum negationem trina
confessio repetita est: sic ab homine, ut salvari possit, pro-
posita fide, qua peccat, vera fides exigenda est, quia tantum
sacramentum nec sine fide potest intelligi, nec nos etiam per
illud sine fide salvari.

Quæritur autem, quare in pane et vino consecratis magis corpus
Christi, quam in ceteris corporum speciebus, cum cibo morta-
litate non videatur apte vita immortalis designari.

credenti colligitur meritum; videnti redditur premium. Deat ergo Dominus, ne videatur; lateat, ut credatur, creditus desideretur, desideratus habeatur.

Quia ergo in hac peregrinatione nostra expedit latere Christum, ut credatur p. bene igitur Christus sub sacramento dedit nobis se ipsum, ut per hoc nobis et fidei meritum, et gratia sua auget beneficium, dum interna quaedam et proorsus stolidi panis et vini forma maiestatem sapientis verbi Dei substantialiter comprehensam incomprehensibilem credere et venerari non erubescimus, quod quantitate et qualitate sua ita eius excellentia videatur indigna, ut nullatenus etiam affirmari debeat, nisi quia ipse est Deus, qui omnia, quaecumque voluit, fecit in caelo et in terra, ut potestate tali sit in unitate personae et in caelo et in terra, quantumcumque, quomodocumque sibi placuerit. Hac fide ipsum sacramentum quasi divinum quiddam adoramus, quasi vivum quiddam et rationabile alloquimur et rogamus: aquas Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; quia quod non videtur, sed quod vero est, Christum tibi esse credimus.

Quaeritur autem, quare fides tanto per exigatur in hoc sacramento? quia videlicet falsa fide mundus perit, quando Adam prius diabolo quam Deo credere praesumpsit, dum in ligno scientiae boni et mali vetito plus speravit divinitatem assequi, quod ab hoste promittebatur, quam incurrere mortem, quam Deus minabatur. Sicut ergo diabolus non umbram in ligno inobedientiae, sed ipsum verum et visibilem fructum exhibens promisit id, quod non videbatur, scilicet exitis sicut dii; sic et Deus non umbram, sed ipsum, qui in ligno pendebat obedientiae, in suo visibili sacramento exhibens, promittit vitam aeternam, quae non videtur: ut dum in ea re plus ei modo creditur quam hosti, ut dignum est, sanctus haec vera fide illa perfida fides, qua olim plus diabolo, quam sibi iniusto creditum est. Sicut ergo in ligno vetito, sic nec in Christi sacramento debet visus aut gustus; sed fidei vigere iudicium; quia sicut pomum visu decorum et suave ad comedendum cibus vitalis videbatur, et mortem intulit; sic e contrario sacramentum corporis et sanguinis Christi videtur mortalitatis nostrae cibus, cum vere vita aeterna sit.

Quapropter utrique rei media vera fides esse necessaria, ut ut crederet mortem esse in pomis, et ita vitaret; nobis vero, ut in sacramento Christi vitam credamus, et ita eam assequamur.

utrumque enim ex se contrarium visui effectum parit,
illud, dum videtur cibus voluptatis et vite mortem effe-
rens: istud, dum videtur cibus mortalitatis, vitam eter-
nam exhibens. Sic igitur a Petro post trinam negationem
trina confessio repetita est, sic ab homine, ut salvan-
dus esset, pro perfida fide, qua perit, vera fides exci-
pienda est, quia tantum sacramentum nec sine fide potest intel-
ligi, nec nos etiam per illud sine fide salvari.
Quodritur autem, quare in pane et vino consecratum
magis corpus Christi, quam in ceteris corporum pro-
ficietibus, quum cibus mortalitatis non videatur a ste-
rita immortalis designari? Sed sciendum est, quia
Christus in hoc sacramento non se hoc modo signifi-
ficari voluit, quo se habet cum Patre per naturam,
sed quo se habet nobiscum per gratiam, quia non sci-
licet quod Patris sit sapientia, sed quod sit hominum
vita, ut sic suam caritatem nobis magis commenda-
ret, et nostram erga se magis accenderet. Vita vero eter-
terna cum est in corporum speciebus, nulla similitudine per-
fecta exprimi potuerit, nulla tamen aptiori quam illa,
quod aliquo modo vita est, quia vita alendo et retinendo
congruit. Quia enim temporalis cibus et potus nostra vita
eterna esse non poterant nec debebant, nomine eorum et specie
Christus se significari voluit vitam eternam, ut non solum con-
sueti cibi similitudine conquireret in se, sed et eadem cibi
similitudine nobis proficeret in sperando, dum scilicet sicut cibus
et potus sunt vita nostra temporalis, quam dum Deo placuerit,
sic et multo amplius ipse panis celestis sit vita eterna,
quibus ipse voluerit. Et quid mirum, si creator creaturam
conferre possit vitam eternam, cum etiam creaturam creaturam
retinere potuerit eternaliter eam? Sicut enim lignum vite
in paradiso positum est, quo eternaliter homo in corpore
viveret, sic Christus in ecclesia lignum vite se ipse posuit,
ut in se credentibus vita eterna esset. Quod non solum fuit
ipsius Christi ministerium, sed et fidei nostrae magnum firma-
mentum: quia si hoc creaturam non viventi fuit naturale,
ut corpori eternaliter retineret vitam, quanto magis vero
ligno vite viventis creatoris Christo est omnipotentiale, ut
corpori et animo gloriosius conferat eternaliter vitam?
unde etiam quia cibo et potu ita vivimus, ut alterutro
carere nequeamus, utrumque in sacramento suo esse vo-
luit; ne si alterum deesset, quasi imperfecto vite signo

ipse non plena, sed imperfecta vita signari videretur.
 Dignum etiam fuit, ut hisdem speciebus, quibus alitus et crea-
 tur caro et sanguis in quotidies homino naturaliter, con-
 cretus etiam in Dominico homine spiritualiter, non solum
 propter commodiorem aptitudinem sacramentalis perceptionis,
 sed etiam ut adiuveretur fides aliqua evidentia similitudinis,
 quia si panis in carnem, et potus in sanguinem cuiuslibet
 transformatus naturaliter, quanto magis, si Deus voluerit,
 in carnem et sanguinem suum transferatur omnipotentia-
 liter?

Sed et alius speciebus non potuit aptius significari in nobis
 unitas sui incorporationis, quam eis, quod in communibus
 cibis et potibus familiariter et verius solent incorporari nobis.

Item ipsius ecclesiastici corporis unitas ad invicem aptius
 signatur, quia sicut panis ex multis granis, et vinum ex
 multis acinis, sic ecclesia ex variis personis colligitur.

Item, quia panis et vinum proprie proprius cibus et potus est
 non bestiarum sed hominum, ideo Christus utriusque usus
 est mysterio, ut singularis et propria hominum crederetur
 refectio; cui etiam postmodum per apostolos aquam ad-
 misceri voluit, qui communis potus est bestiarum et hominum,
 ut ad unitatem tanti mysterii pertinere signaret non solum ius-
 tum, sed et peccatorem, si poenitentia vellet consortium, ut
 quod suum erat, ipse per se in exordio sacramenti prius exe-
 queretur, et nos, quod nostri erat mysterii, postmodum
 adderemus.

Quod autem cibum mortalitatis videri voluit in sacramento,
 cum intrinsecus vita aeterna sit, nostro contemperavit mysterio,
 ut quia eodem suo sacramento interioris renovamur ad vitam,
 nec tamen exterioris immutamus ad immortalitatis gloriam:
 ita in suo sacramento nihil exterioris immutaretur, cum
 tamen interioris idem hoc in nobis inveniremus, quod de ipso
 crederemus, quia vitam de vita reciperemus. Quia igitur
 nos necdum apparemus quod sumus, ideo Christus noluit
 apparere, quod est, ut sit desiderabilior; quia tunc quidem
 apparebit quod est, quando nos apparebimus quod sumus,
 ut sit gloriosior. Unde Ioannes in epistola sua: filii Dei
sumus, et nondum apparet quod erimus. et Paulus: cum
autem apparuerit Christus vita nostra, tunc et nos appa-
rebinus cum ipse in gloria. Sicut ergo in Emmaus pere-
 grinus a fide peregrinus apparuit in specie, sic nobis peregrinus
 in mundi exilio peregrina et extranea sibi specie apparet
 in sacramento, ut quia quod de nobis exterioris apparet,
 mortale est, mortalitatis cibus ipse exterioris videatur, cum
 tamen per ipsum, qui mortalitatis est alimonia, intus vere
 et invisibiliter mors aeterna sanetur.

Quodritur autem, quandoquidem tantum sacramentum vita est,
cum Christus dicit: qui manducat carnem meam, et bibit
sanguinem meum, habet vitam eternam; quare non statim ob-
iacta in corpore, per vim tanti sacramenti vivimus eternaliter,
cum de futuro non dixerit habebit vitam eternam, sed habet
presentialiter? Sed sciendum, quia sicut ad eum dictum est:
quacumque die vetitum comederis, morte morieris, et tamen
eadem die non in corpore, sed in anima mortuus est. sic
Christus dicit: qui manducat carnem & meam et bibit san-
guinem meum, habet vitam eternam, non quod in corpore
statim eternaliter vivat, sed ut animam, quae prius in aëre
mortua fuit quam corpus, per unitatem tanti sacramen-
ti resuscitatam adspirat: ut scilicet recto ordine ipsa, quae
peccando a Deo, qui vita eterna est, divisa prius fuit mortua,
per communionem tanti sacramenti iterum coniuncta Deo e-
unita credatur, et sit prius rediviva. Quia enim peccando
Adam a Deo divisus est, ideo Deus postmodum in morte corpo-
rali Dividuum eum fecit a seipso, ut in corporis et animae
divisione cognosceretur, quia ipsa eius anima Deo, qui verus
vita est, adhærescet. Quia mors exterior mortis interioris
tam erat figura quam poena, ideoque ^{hinc} ^{ve} ^{de} terendo, hinc mor-
iundo erat quoddam ipsius culpe medicina, si Deus prius
abstulisset poenam medicinalem, quam culpam mortiferam,
incurabiles nos redderet, quia ablata poena magis condelecta-
remur culpe, et ita culpa vigente et obstande nullus Divinus
relinqueretur locus gratiae. Cum igitur culpa mors sit animae,
interim punienda erat per temporalem mortis molestiam, et
sic sananda per gratiam, ut interim in regno mortis amari-
tudo passionum et laborum peccata excoquens purgaret, et
ita gratia celestis virtutum germina quae liberius eo u-
berius inferens nos vite aeternae reformaret.

Propter peccatorum igitur excoriationem et purgationem non erat
interim mors temporalis auferenda, sed aeterna, ne aut in mun-
di aut iniqui requiem obtinereamus illicitam, aut in becilles
et immeriti iustitiae reciperemus mercedem nobis indebitam.
Non enim est Divina Discretionis aequitati condignum, ut
vel sibi solvata perversorum immunditia suam suscipiat
puritatem, vel immeritorum ignaviam remunerans nullo
magis merito homini quam lapidi tanto sub gloria lat-
giretur dignitatem. Ne itaque peccati obstinatione in-
curabiles fieremus, magna sua gratia mortem non ab-
stulit temporalem, ne in aeternum nos eremur; vitam
aeternam distulit, ut maiori eam merito maiori que
fructu reciperemus, quia pro certo, nisi ita esset, ad finem

Christi omnes convolarunt tantum modo propter presentis
 vite eternitatem, et ita dum tanto feurritatis torpore non
 exorcerentur ad bonum futurum gloriæ Christi maius amitterent
 lucrum. Unde etiam Deus ad misericorditer prohibuit lignum vite
 dicens: videte, ne forte sumat de ligno vite; quia scilicet, qui in ani-
 ma perierat per lignum inobediens, viveret etiam in carne eter-
 naliter per concessum lignum vite, ex toto periret, dum in carne d-
 femaliter moriens incurabilis esset, ut Demones, vel etiam post
 hanc vitam cum carne victuri eternaliter mali homines. Mali
 enim etiam in corpore vitam eternam habebunt, quam tamen
 magis mortem dixerim, quia Deus, qui vera vita est, non place-
 bunt, et ideo sine Divina gratia misera erit eis eternitas,
 quia eterna miseria.

Quæritur autem, quare eternitas felicitatis vel pœne retribuatur
 temporalibus meritis reatus vel iustitiis? Ad quod respon-
 dendum est, quia Deus non temporalem actionem, sed perpetuam
 boni vel mali remunerat vel damnat voluntatem, quod si in
 eternum viveret, in eternum in suo proposito permaneret, ideoque
 iuste eternitatem retributionis eterni appendit voluntatis.
 Unde etiam est, ut ait Apostolus: non sunt condigna pœnes
huius temporis ad futuram gloriam, quod revelabitur in nobis;
 quia si ab initio mundi usque ad finem non modo quis pro
 Deo laboraret, sed et pateretur, non tamen esset condignum,
 ut hoc temporali commercio eternitatem mercaretur. Ne tamen
 malis dicitur liceret peccare ad maiorem sui pœnam, ne etiam
 bonis in mundi exitio tenderet vivere, si nimia eis foret dilatio
 ad patriam, brevioris Dies Deus humanæ vite propter electos,
 ne pravorum afflictione, vel nimis suo labore deficerent.

Sed et ne imminutio temporalis laboris a liquo eterni præmii
 videretur dispendium, ipsius Procursoris sui vitam, quo nemo
 maior ipso teste surrexit, triginta duorum et semis annorum
 esse voluit, sui etiam ipsius, qui super omnes est, eodem numero
 consummavit; ut quia Deus non curat, ex quanto tempore,
 sed ex quanto corde sibi serviat, perfectionem meriti non
 tempori adscriberet, sed virtuti. Ecce enim in tantillo tempore
 plenam obedientiam Patri servavit, quod nullus ab origine
 mundi facere potuit. Et quis dicitur eo videri potest, si temporis
 dicitur meritum et virtutem perfectioni sufficere
 vidisset? Sed et quomodo Joanne nemo maior surrexit,
 cum Abraham et Isaac et Jacob, et ceteros quam plures
 in obsequiis Divinis dicitur laborasse constet? Sed evidens
 est pro certo, quia etsi plures eo laboraverunt dicitur, nemo

perventus et parvus, qui tempore iuventutis suae iuventus
est in tentatione fidelis et fortis, quo tempore caro spiri-
tui est rebellis: adeo, ut occidendus etiam. Hec tamen incertum
non metueret in carcere, quia fratri suo virorem suam pro
sumpserat tollere.

per se
Quodritur autem, quare panis in carnem, vinum in sanguinem
per se consecratur, et illud per se caro, et illud sanguis per
dicatur, cum in carne totus Christus, et in sanguine totus
Christus sumi credatur, nec tamen Divisim duo Christi, sed
in utroque unus solus Christus? ad quod respondetur,
quia ipse mos videtur in ecclesia ab ipso Christo, qui corpus
et sanguinem Divisim consecravit et dedit, non ad Divisionem
substantiae suae, ut illi duos Christos acciperent, sed ad Discre-
tionem figuram, ut panis, dum dentibus attrahitur, carnem Christi
in passione attritum, et dum vinum in ore fidelium funditur
sanguinem Christi de latere ipsum signaret. Sed nec ideo
corpus et sanguis per se dicitur, quasi corpus exanimae, et
sanguis effusus et Divisus a corpore credi debeat: cum utrum-
que unus sit Christus immortalis, indivisus; sed in memo-
riam passionis eius ita dicitur, quia in ipso sacramento
mortem Domini annuntiare debemus, Unde etiam aqua
in sacramento admiscetur, non solum ut capiti suo Christo
populum ecclesiasticum unum significet, sed etiam ut aquam,
quae de latere Christi cum sanguine fluxit, representet.

Dicuntur autem duo Divisa sacramenta panis et vinum
quantum ad Diversas suas species, cum tantum sint unum
quantum ad unam eandem suam significationem. Unde
Augustinus dicit sacramentum ecclesiae duobus confici duo-
busque consistere, uno scilicet sacramento, quia panis et vinum
idem significant, et una re sacramenti, quia corpus et sanguis
unus est Christus. Alioquin non duobus, sed quatuor con-
sisteret ecclesiae sacrificium, essentque sicut duo sacramenta
panis et vinum, sic duo Discreta res sacramenti corpus
et sanguis: quod est impossibile, cum Christi corpus non sit
exanque et mortuum. Ideo etiam corpus et sanguis Divisim
in sacramento videntur, ut quia Christus pro nobis mor-
tuus est, nos, qui corpore et anima perieramus, corpus per
corpus, et animam per animam redimens, corpus et animam
suam pro nostra redemptione in morte Divisa fuisse signatur,
dum corpus eius in sepulchro iacuit, anima vero ad

liberandas sanctorum animas ad inferna descendit.

104

Cum igitur in tali mysterio corpus per corpus, anima au-
tem Christi significanda esset per aliquam visibilem speciem,
nihil inventum est in creaturis, per quod vicinuis et certius
representaretur, quam per sanguinem, qui sicut est anima
ipsius. In quo etiam, ut animas nostras significet et corpora
nostra animas Christi et corpori uniti et conformari debere,
simul et corpus et sanguis sumitur a fidelibus, ut sancto
corpore et anima Christi toto Christo totus homo in
anima et corpore vivificetur, dum ipsa caro Christi,
ut dictum est superius, non exanguis et mortua, sed viva et
vivificatrix creditur. Unde ait Augustinus: nec caro sine san-
guine, nec sanguis sine carne vive communicatur. Item
Gelafius Maiorico et ~~Sancti~~ Joanni episcopi: comperimus,
quod quidam sancta tantum cor totis sacri portione a ca-
lice sacri cruoris abstineant: qui procul dubio aut integra
sacramenta accipiant, aut ab integris arceantur, quia di-
visio unius eiusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non
potest provenire.

Quodritur autem, quare in candido pane consecretur magis
caro Christi, quam in nigro vel cuiuscumque coloris,
cum sanguis consecretur in vino albo vel rubro, vel cuius-
cumque coloris? Pane quidem cuiuscumque annonae sive co-
loris non prohibetur fieri corpus Christi, si necessitas
fuerit; sed debet revera eum candidissimum esse, et mun-
dissimum; si facultas non defuerit, qui transferri debet
in splendidissimum corpus Agni immaculati. Sicut enim
mucor et vetustas in tali sacramento prohibentur, ne iro-
gent sumentibus fastidium, sic in eo nihil debet esse, quod
sumendi minuat desiderium.

Item quodritur, quare in azymo pane consecretur magis
caro Christi, quam in fermentato vel pccato, cum sanguis con-
secretur in vino seu de pccato et puro, seu cum fece ut musto
de racemis statim expresso? Quare igitur fex vel fermentum
in pane refutatur, cum recipiatur in vino, quo idem sacra-
mentum conficitur? Ut enim supra dictum est, panis et
vinum unum sacramentum est, quia in utroque unus Christus
est. Utrum ergo ex azymo an ex fermentato pane corpus
Christi confici debeat, veteres Latinos et Græcos magna

concoctatio est, adeo, ut illi ipsos azymatos, ipsi illos
fermentarios quasi cuiuslibet heresis notent vocabulo,
cum tamen, ut multis bonis catholicis videtur, non sit
contra fidem Christianam, seu azymum seu fermentatum
sacrificetur; tum quia utrumque panis est, et sicut utrum
que vitam transitoriam, sic corpus Christi. Id est eternum
tum quia quamvis de azymo pane Christus corpus sum
fecerit, forsitan non quis res, quod fiebat, hoc exige-
bat, sed quia coena, in quo hoc factum est, panem alienum
non exigebat, panem tamen fermentatum non posthabuit.
Quamvis enim in veteri lege preceptum sit, azymum
panem in pascha comedi, ut per eum significaretur
figuraretur Christus sincerus et mundus fore, et nos etiam,
qui manducaturi eramus corpus eius, similiter monere-
mur purificari ab omni fermento malitiae et nequitiis;
figura tamen tali in pane illo non indigemus, de quo
carnem Christi conficimus, quia de figura veteri ad veri-
tatem transivimus, azymum et puram carnem Christi
in quocumque pane consecrato sumimus.

Adstruunt etiam, quia sicut ad invocationem Divini no-
minis, quod in nullo sacramento annullari creditur, sed
sola per Dei gratiam omnia omnibus operatur, non ob-
sint vel prosint sacerdotum merita, quo magis vel minu-
fiant sacramenta ecclesiastica: sic nec color nec species
aliqua panis vel vini obest vel prodest, quo magis vel
minus corpus Christi fiat, dum tantummodo sit panis et
vinum, quorum substantia, ut Christus precepit, in sub-
stantiam corporis Christi et sanguinis transeat.

Dicunt tamen Graeci, iniuste Latinos azyma immolare,
cum azymum veteris testamenti sit, et Christus omni ve-
tustate ablata, ut pote pro salute salutis humano
superflua, non azyma sed fermentato novum testamentum
instituerit. Contendunt enim, quia novum testamentum non
perfecte constituitur, nisi omnino vetus tum in azymis,
quam in ceteris suis ritibus destituitur. Delectantur igitur
Latinorum sacrificia, quia in eis ipsos Judaeizare reputant,
immolando azyma.

Dicunt e contra Latini, Christum in azymo pane novum te-
stamentum instituisse, quia cum quarta decima luna ad
vesperum testamentum compleverit, et novum instituerit, fer-
mentatum in cunctis finibus Israel inveniri non licuit.
Qua propter quia coena ipsa, in quo hoc factum est, panem

functum modo a Zymum exhibebat, a Zymo pane novum
testamentum instituebat. Quod si Christus non iudai-
zando fecit, quis nos imitando eum iudai-
zare disceret?

Sed opponunt Graeci, Christum fermentatum panem
mirabiliter sibi exhibuisse, sicut de quinque panibus le-
gitur quinque millia hominum pavisse. Contra Latini:
quia hoc miraculum eum fecisse non legitur, licet potuerit,
quod tamen fecerit nulla auctoritate affirmatur, pro-
fectum qui cotenus ita legem servaverat, ut ex ea nec iota
unum solvere voluerit. Quia enim natus ex muliere,
factus sub lege debitor legis exstiterat, si cotenus
legem solvisset, legem transgrediendo peccator fieret, cau-
saque nostris salutis periret. Nisi enim omnino innocens
et mundus pro nobis immundis et iniustus occumberet, non
alieno sed suo culis debitum moriendo solveret, et sic ad
peccato non delicto regnum mortis aeternae non cessaret.

Cum enim de observantia a Zymorum lex dicat, qui-
cumque fermentatum comederit, peribit anima de Israel;
iustam occasionis suae causam Iudaei invenissent, si eum
ut legis transgressorem jurarent. Qui enim adversus eum
tam studiose tot falsos testes subornaverunt, creditore
ipso, qui eandem interfuit, deferente tam iustam causam
non reticissent.

+ l. occisionis

Opponunt Graeci: quia etsi ante passionem legis debitor fuit,
post resurrectionem legi nihil debuit, quia, ut ait Apostolus,
Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra
non dominabitur, quod enim vivit, vivit Deo. Quoniam i-
gitur post resurrectionem non legi, sed Deo vivit, ideo ipse nil
legi iam debens baptismum novae gratiae, quod ante non
fecerat, in remissionem peccatorum non Iudaeis tantum, sed et
omnibus gentibus iudicari et dari instituit. Unde etiam
adfirmant, quia etsi Christus panem a Zymum consecraverit,
non tamen hoc imitandum est in ipso, sicut nec circumcisio-
nem cum baptismo, nec celebrationem veteris Paschae cum
novae usurpamus, quamvis ipse ut mediator novi testamenti
ac veteris, illud complendo, illud instituendo peragere signa-
tus sit, quia ante passionem quidem aliqua novi testamenti
ac veteris pro sua dignitate rite perfecit; sed post resurre-
ctionem omni legalis vetustatis umbratica superfluitate
remota solus gratiae veritatem omnibus instituit.

Dicunt contra Latini, quia revera hoc salubriter imitan-
dum est in ipso, quod eulesis suae faciendum instituit

exemplo, testimonio, precepto. Cum enim dixerit panis,
quem ego edero, caro mea est pro mundi vita, a zymum panem
benedixit, fregit et dedit dicens: hoc est corpus meum, quod pro
vobis tradetur; et addidit: hoc facite in meam commemora-
tionem. Cum ergo testatus sit, a zymum panem corpus suum
factum, et sine exceptione preceperit, hoc in sui memo-
rationem esse faciendum, quis attestante Deo non credat, a zy-
mum panem corpus Christi fieri? quis ad hoc idem facien-
dum non obediat precipienti sub exemplo idem facientis?
Si mortiferum sciret Christus suis fidelibus fore, se a zymo
pane, corpus suum conficere, sicut cuncta peccata ne hoc facere-
mus interdixisset, vel saltem facere non precepisset. Nunc
autem cum dixerit hoc facite, et a zymum non exciperit, quis
exciperet, quod ipse non excepit? aut quis audeat prohibere,
quod ipse in sacramento suo non prohibuit, sed ipse faciens vult
hoc ipsum facere precepit? Cum dicit: hoc facite, conve-
nienter subauditur quod ego; quis equidem compe-
tentem subaudire audeat, sed non de hoc, unde ego. Item:
si mutandum est fermentatum a zymo, mutetur etiam
quotlibet alio liquore vinum. Si enim vinum recipitur,
cum a zymum refutatur, cum sicut ex a zymo, sic ex
vino Christus vetus pascha finierit, et novum nichoa-
verit, et utrumque nobis in sacramento suo eque cele-
brandum tradidit, Iudei autem eque utantur in cere-
monis suis vino, sicut et a zymo. Hoc utique Christus
faciens non fecit tantummodo, ut preceptum se a zymis
in pascha servaret, sed etiam fermentarios, quos prohi-
debat, reprobandos a zymatas approbare, aut si etiam fer-
mentarii approbarentur, ipse a zymata a zymitis proponeret.
Si enim divina sacramenta per eas elementorum species,
quod digniores sunt, celebrare debemus, quem panem di-
gniore[m] estimabimus, quam ovum, quem et vetus lex
ad significandam, et Evangelium elegit ad exhibendam
Dominici corporis veritatem? In lege a zymum panis
afflictionis dicitur, ut per hoc etiam nos, qui memoriam
passionis Christi in sacramento recolimus, animas nostras
affligere doceamur. In gratia etiam, ut ait Apostolus,
non in fermento veteri, sed in a zymis sinceritatis et veri-
tatis epulari monemur, ut per a zymum sinceri et veri esse
debere signemur.

+ sic.

quam illud, quod et veritate et figura salutem omnium
 operatur? Nec tamen figuris utentes Judaizare pubandi
 sumus, quia licet in hoc faciamus idem quod Iudaei, non
 tamen eadem causa facimus qua ipsi; quia non facimus,
 ut Judaifraum fervemus, et cum ipsi suis figuris
 portendant, ut Christum per alymi figuram qualemcumque
 significamus; sed potius quod sine fermento infectione peccati
 ille fuit, cuius corpus immolatur, representamus, et nos ipsos
 secundum apostolum, ut eulemus non in fermento malitiae
 et nequitiis, sed in alymis sinceritatis et veritatis, admi-
 neamus.

T futura

Cum ergo nos Christum non talem futurum ut Iudaei, qui
 futura figurant et expectant, sed fuisse verum ut Christiani
 significemus, et nos tales fieri, qualis ipse est, moneamur,
 in alymo frustra nos per reprehendunt quod, nisi forte ve-
 liat, ut quia vetera transierunt, in quibus umbra transierunt,
 nullis figuris utantur Christiani. Quid est igitur, quod ait
 apostolus: consecrati sumus cum Christo per baptismum
in morte, si baptismus non est nobis figura mortis et se-
pulture?

Sed forte non visdem nos uti figuris, quibus illi utuntur
 in suis ceremoniis. Sed si idem vetatur alymum, quia
 eo utuntur Iudaei in ritibus suis, ita eorum etiam vetetur
 fermentatum, quia eo etiam utuntur Iudaei in suis sacrificiis.
 Unde in Levitico: offeret panes fermentatos cum hospia
gratiarum, quod offertur pro pacificis. Item in eodem: In
Pentecoste offeretis panes primitiarum de duabus decimis
pinguis fermentato.

Quia igitur nulla ratio cogit, ut alymum a Christi
 sacrificio repellatur, dignum est, ut quod Christus instituit,
 omnis autem ecclesia proter graecam a primordio sui ex
 traditione principum ecclesiae, Petri scilicet et Pauli, cele-
 bravit, indefinenter conservet, donec Christus ad iudicium
 veniat, sicut ipse instituit. Si enim, quia apostolus ait
 vetera transierunt, ecce facta sunt nova, credantur trans-
 ipse et perisse omnia veteris testamenti instituta, ubi est
 dilectio Dei et proximi? ubi sunt procepta Decalogi?
 ubi est ordo Levitarum et sacerdotum, dedicatio altaris,
 templi? Haec omnia ab illis ad nos non desiccando
 sed perficiendo transierunt. Encenia, Pascha, Pente-
 costen, Quadragesimam, quia in veteri lege instituta
 sunt, celebrare non desistimus. Pontifices, sacerdotes,
 Levitas, reliquosque ordines ad exemplum veterum
 instituumus, et cetera quam plura in hunc modum.

Decretum Dei fuit, homines per sacramenta salvati, quorum primum coniugium fuit. Videamus ergo eius originem, institutionem, causas institutionis, principalia bona, causas solutionis, quibus liceat repetere coniugium post solutionem, et variationem, quod aliquando fit secundum locum, vel tempus, vel ritum.

Origo.

1. Cuius origo in paradiso coepit, quando Deus Evam de latere viri dormientis formavit. Unde ille erigens de dilectione et modo, qui fieri debet inter virum et mulierem, statim prophetavit dicens: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea; propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adheret uxori suae, et erunt duo in carne una.
2. Huius autem originis Deus institutor fuit; unde Augustinus: benedictio Divina nuptias instituit; postquam enim creavit masculinum et feminam, benedixit eis dicens: et escite et multiplicamini; et crescere est fecunditatem sexus accipere, multiplicatio vero fit per coniunctionem viri et feminae. Tunc autem institutum fuit ad officium, modo ad remedium. Unde Augustinus: utriusque sexus infirmitas propendens in vitam turpitudinis, recte excipitur honestate nuptiarum, ut quod sanis propter esse officium, aegrotis sit remedium. Sani autem fuissent, si non peccassent; sed postquam peccassent, quemdam inordinatum et bestialium motum senserunt, qui vellet suffluere per multa; sed Deus volens illum limitare, coarctavit eum sub unius uxoris fœdere. Qui motus in nuptis ordinatur, in continentibus cohibetur, ut sicut per peccatum supplicium, ita per supplicium fiat meritum. Ante peccatum vero sine ardore libidinis, coire poterant. Unde Augustinus: poterant in paradiso esse honorabiles nuptiae, et thorus immaculatus, Deo hoc postante, ut sine omni inquieto ardore libidinis, et sine omni dolore pariendo gignerentur filii.
3. Oportet etiam inspicere causas primae et secundae institutionis; prima namque institutionis causa fuit proles prophanis; prima namque institutionis causa fuit proles prophanis; unde Augustinus: Deus concinnavit marrem et feminam causa procreandi; et Ambrosius: pudor est feminis proemia nuptiarum non habere, quibus haec est sola causa nubendi. Secunda institutionis causa post adventum Christi est desertio fornicationis. Unde Augustinus: cum ex omnibus gentibus largissima copia suppetat ad implendum numerum Sanctorum, libido sordida voluptatis sibi vendicat, quod necessitudo proles non postulat. Primum postulabat, cum pauci essent cultores Dei: unde concessum fuit

obiectio.

Inire conjugales, et uti multis mulieribus: male non pos-
lat, sed pro vitanda fornicatione conceditur. unde apostolus:
unusquisque habeat suam propter vitandam fornicationem.
sed cum fornicatio, quod est causa coniugii, mala sit, coniu-
gium malum esse videtur. quod Augustinus removet dicens:
non quia libido et incontinentia mala est, coniugium malum
est, sed propter hoc bonum excusabile fit illud malum. et
iterum: non propter coniugium libidinem laudamus, nec pro-
pter libidinem coniugium damnamus, sed propter hoc bonum
veniale fit illud malum. apostolus: si uxorem acceperis,
non peccasti; si virgo nupserit, non peccat. Notandum tamen
est, quod ibi fit bonum, quod est malum; bonum est evita-
tio fornicationis et procreatio prolis, malum incontinentia
atque libido.

Est et alia causa secunde institutionis, scilicet procreatio
prolis. unde Augustinus: causa generandi coniugium fieri
testatur apostolus dicens: solo iuniores nubere, et subiunxit
causam, filios procreare.

quod etiam, si masculus et femina iungerentur non causa
prolis, sed causa solius concubitus, ea fide media, ne alter
id cum altero faciat nisi ipsi ad servitorem, si coniugium
dici possit? Et subiungit: potest, si nec vitent nec impediant
prolem, et habeant permanendi voluntatem.

quod etiam, si alter coniugatorum habuerit fidem et causam
coniugii, alter vero non habuerit, si coniugium fit? Ad quod
dicitur: ille qui habet fidem et causam coniugii, coniunx et
legitimus est; qui non habet, fornicarius est. Ab eulefia
tamen separandi non sunt, si sub testibus et nuptiarum
solemnitatibus copulentur.

Contra hoc, quod dictum est, coniugium bonum esse, et ad
veraedum institutum fuisse, opponi potest illud apostoli:
bonum est homini, mulierem non tangere, et item: qui est
cum uxore, cogitat ea, quae mundi sunt, quod nisi malum,
fuisse, minime apostolus prohibuisset. Cui obiectioni
apostolus contrarie videtur dicens: si uxorem acceperis,
non peccasti; si virgo nupserit, non peccat. Et Augustinus:
coniugium bonum est, conjugalis pudicitia donum Dei est,
quod tamen infra vidualem et virginalem pudicitiam est...
quibus oppositionibus responderi potest, quod dicit apo-
stolus; si uxorem acceperis, non peccasti, dictum esse de
nuptiali bono; illud autem, bonum est homini, mulierem
non tangere, de malo coherente coniugio. unde Augustinus
vitiis

vitia per se mala sunt, coniugia et potestates per se bona sunt, sed per ea mala, quod circa ea sunt, mala sunt. Coniugium vero malum est per id, quod dicit apostolus: Bonum est homini, mulierem non tangere; et item: unusquisque habeat suam propriam uxorem propter fornicationem. Potestates vero propter elationes et oppressiones male sunt. Novent igitur per ea mala, quod circa ipsa sunt. Quorundam namque malum, scilicet quidam pruritus libidinis, pedissequus est omni concubitu, etiam illi, qui fit causa prolis, ad Thoret. unde Augustinus: carnalis concubitus, qui fit causa prolis, non habet culpam concupiscentie non satians, sed tamen habet culpam cum coniuge, venialem tamen propter thori fidem. Est et aliud coheroris etiam malum, videlicet incontinentia, pro quo apostolus concessit carnaliter commisceri. Quod, ut dicit Augustinus, videretur non esse peccatum, nisi subiunxisset: hoc autem non secundum imperium, sed secundum indulgentiam dico.

Quodritur etiam de concubitu coniugatorum, qui non fit causa prolis, neque vitandae fornicationis, sed tantum causa delectationis, si venialis sit? Quod venialis sit, testatur Augustinus dicens: quidquid coniugati immodestum, invidiosum, fordidumque agunt, non est vitium, sed culpa hominum, quod tamen per nuptiale bonum excusatur, nisi fiat contra naturam, vel impediat tempora orationis.

Quodritur etiam, si vis velit esse continens sacro tempore, et videat uxorem pravam ad libidinem, si debeat ei satisfacere? ad quod dicimus, quia in omni tempore debet ei reddere debitum, ita tamen, quod ab ipsa exigatur. Unde apostolus: vis non habet potestatem sui corporis, sed mulier; et e converso: mulier non habet potestatem sui corporis, sed vis; in quo comparati sunt. Iohannes Chrysostomus: si abstinere a coitu sine uxoris voluntate, das illi fornicandi licentiam, et peccatum illius tuis imputatur abstinentie.

¶ Vis quibusdam malis coniugio adherentibus, quod tamen per bona coniugii excusantur, videamus et ipsa bona, de quibus Augustinus tria principalia ponit dicens: nuptia et coniugium bonum est: quod autem nuptiale bonum est, nunquam peccatum esse potest. Hoc autem tripartitum est, scilicet fides spes prolis, sacramentum. In fide attenditur, ne proter coniugale vinculum cum altero vel altera concumbatur: in spe, ut amanter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educetur: in sacramento, ut

coniugium non separatur, et dimissus aut dimissa nec
causa prolis alteri copuletur. In hoc etiam sacramento
est consilium nuptiarum, scilicet consensus. Unde Augustinus,
manet inter coniugatos quoddam ^{est} vinculum, quod nec separatio
localis, nec cum altero copulatio separare potest. Per hoc i-
gitur sacramentum differat a fide, quia fides inter con-
iugatos violari potest, sacramentum vero, quantum in se
est, numquam violari potest. Unde Augustinus: sacramento
semel accepto numquam aliquis carebit; et item: ordinatio
clericorum, quae fit ad congregandam plebem, et si ille
effectus non sequitur, ordinatio tamen permanet. Unde
videtur, degradatos laice tractari non debere.

Notandum quoque est, bonum coniugium vocari sacra-
mentum propter mysterium occulto significationis, quo
Christus et ecclesia designatur. Aliquando etiam sacra-
mentum nomen est coniugium, veluti cum dicitur sacra-
mentum coniugium ^{id est} sacrum coniugium.

Notandum etiam, aliud esse coniugium, a laudrem coniugium.
Sicut enim aliud est sacramentum baptismi, scilicet aqua
benedictio et corporalis immersio, et aliud res sacramenti, id est,
animae ablutio, ita coniugium est maris et feminae copu-
latio, res vero coniugium est fieri membrum Christi. Qui
enim in legitimo coniugio legitime vivunt, per ipsum
etiam coniugium Deo serviunt, et eius membra fiunt.

Et sicut virgines in virginitate sua, et continentes in con-
tinentia sua, sic et boni coniugati, res legitimam copu-
lationem efficiuntur membra Christi; et virgines quidem sum-
mum gradum, continentes medium, coniugati respicientium:
et in hoc sunt tres viri, quos solos salvandos esse scriptura
dicit, Daniel, Noë, Iob, scilicet virgines, continentes, coniugati.
Sacramentum ergo boni et mali habere respicit, rem sacra-
menti boni tantum.

Sic fides aliud est, et aliud res, id est, utilitas, fidei. Fides est, ne
propter conjugale vinculum cum altero vel altera concumbatur;
res fidei, fieri propter Deum. Spes prolis est, ut amanter sus-
cipiatur, benigne nutriatur, religiose educatur; res prolis, ut
propter Deum desideretur, et ad honorem eius gloriose religiose
educetur. Sacramentum, vel coniugium separatur, et dimissus aut
dimissa nec causa prolis alteri copuletur: res sacramenti, fieri
propter Deum. Fides ergo omnibus gentibus communis esse potest,
res fidei solis fidelibus. Sic spes prolis, sic sacramentum.

Et hoc est, quod dicit Augustinus: quodam bona coniugii omni-
bus esse debent communia, sacramenti sanctitatem, quod et res
sacramenti dicitur, populo Dei, id est solis fidelibus.

Contra hoc, quod diximus, fidei esse ne propter conjugale vincu-
lum s' opponitur exemplum sanctorum Patrum, qui propter u-
xores alios se copulabant. Sed hoc neque adversatur, neque
destruit huius temporis institutionem, quia modo multi, tunc
pauci erant cultores Dei. Unde illud venerandum, non imi-
tandum fuit; quos etiam excusat Augustinus dicens: anti-
qui patres multis mulieribus utentes, non peccabant, quia
neque contra naturam, vel morem vel preceptum fuerunt:
contra naturam non, quia non causa libidinis, sed gignendi
filios faciebant: contra morem non, quia eo tempore talia
fiebant: neque contra preceptum, quia nulla lege prohibe-
tum erat. Augustinus etiam assignat eis meritum dicens:
sicut non fuit in eis meritum patientis in Petro, qui passus
est, et in Ioanne, qui passus non est: ita non fuit in eis
meritum continentis in Abraham, qui uxorem duxit, et
in Ioanne, qui non duxit; huius enim coelibatus, et illius
connubium per distributionem temporum aequaliter Deo
militant, quia Abraham continentiam per habitum, connu-
bium vero per usum habuit. Sicut enim aliquis ieiunium et
sanctus cum Christo sumit cibum non cupiditate vivendi, sed
officii consulendi, ita illi non cupiditate libidinis, sed officii
generandi pluribus se coniungebant. Sacramentum vero nu-
ptiarum nostri temporis, ut Augustinus dicit, sic ad unum
et ad unam reductum est, ut ecclesie dispensationem non liceat
esse nisi unius uxoris virum: quod acutius intellexerunt,
qui nec cum, qui catechumenus vel paganus alteram habuit,
ordinandum esse consueverunt. Quod in paradiso ideo inter
duos institutum fuit, ut ab initio nuptiarum honestum
promeretur exemplum. Si autem mortua una uxore qui-
libet aliam duxerit, non impedit ad bonam vitam remedium,
sed ad ecclesiastici ordinis necessarium signaculum.

Quod etiam, si liceat iterari coniugium? quod
Augustinus non prohibet dicens: non damno bigamiam vel
trigamiam, nec etiam, si dici potest, octogamiam; non enim
audeo dicere propter seipsum humane verecundie, mulieri non
esse peccatum nubere, quoties voluerit: nec audeo dicere pro-
ter auctoritatem scripturariam, quotastibet nuptiis damnare.

Sed opponitur, quod in Neocesariensi concilio dicitur:
non consenti presbyterum interesse nuptiis bigami;

cum enim bigamus equali poenitentia, quis res byster
illius nuptiis possit probere consensum? Sed hoc non de illo,
qui mortua una, sed de illo, qui vivente una ducit aliam,
dictum est.

Si forte illa fuerit fornicaria, quid dicitur, si possit illam dimittere?
Ad hoc Dominus dicimus, quia primum competentem et aptam
suis moribus quodere debet; sed si fornicariam duxerit, non
dimittere, sed corrigere debet; nec tamen interim vituperandus,
sed laudandus est. Unde Hieronymus in explanatione Osee:
non est culpandus Osea propheta, quod meretricem duxit,
immo laudandus, quia de incesta castam fecit. Non qui bonus
permanet, pollutus, si societur malo; sed qui malus est, in
bonum vertitur, si boni exempla spectetur.

Solebat etiam quæri, si coniugium tantum sit inter fideles, an
etiam inter infideles? Ad quod diversi diversi dicunt.
Quidam enim pretendendo auctoritatem Ambrosii et Au-
gustini negant coniugium ab infidelibus contrahi posse.
Ambrosius dicit: non est ratum coniugium propter Deum, id est,
propter fidem Dei, et ideo dimisso fidei, propter Deum ab in-
fidei non est peccatum, si alii copulatur. Et Augustinus:
dimisso propter Deum non est peccatum, si alii copulatur;
iniuria enim creatoris solvit ius matrimonii. Sed Ambrosius
inter infideles non negat coniugium, sed ratum esse. Et Augusti-
nus non coniugium, sed peccatum esse negat. Sed ad hoc, quod
dicit Augustinus, iniuriam creatoris solvere ius matrimonii,
apponitur illud Apostoli: fidelis non dimittat infidelem;
et subiungit causam: quomodo enim sis mulier, si virum
solum facias? Quod ipse Augustinus solvit dicens, A-
postolum non præcipiendo, sed monendo dicitur. Quos enim
Dominus non prohibuit nec præcepit præcepto legis, Apосто-
lus monuit consilio charitatis. Sunt enim multa, quæ ex
lege non consuevimus facere, sed libera charitate; et
hæc sunt gratiora in officiis nostris, ut ea, quæ licet nobis
non impendere, ex dilectione tantum impendamus. Et item:
Cum evangelium primum gentibus cepit predicari, invenit
quosdam gentiles gentibus coniunctos, quorum si unus con-
verteretur, et alter non, nec prohibuit nec præcepit sepa-
ri. Prohiberi non debuit, quia iniustitia a fornicante disce-
dere permisit; et subiungit causam; quod enim maior fornicatio,
quam in corde? Præcipi non debuit, quia contra Dei inspi-
racionem coniuncti non erant.

Sed quæritur, cum Deus nec prohibuit, nec præcepit remanere,
quare Apostolus præcepit remanere? Apostolus irritus
inspiratus non præcepit, sed consilio charitatis monuit;

quia quamvis liceret separari, tamen non expediret pro-
 pter hoc, quod dicit Augustinus, ne in aliena coniugia
 caderent, et ibi adulterinis nexibus ligati non facile solve-
 rentur. Quoddam vero licet, et non expedit, ut illud quod
 afferre potest impedimentum salutis: quoddam licet et
 expedit, scilicet quod non affert impedimentum salutis.
 Non tamen illud dicitur bonum, et istud melius, sicut quod
 ait apostolus: bonum est patri filiam nuptum dare, sed me-
 lius est virginem conferre; sed istud tantum bonum, scilicet
 quod licet et expedit.

Unde

Sed cum licitum fuit, et non expediret illos separare, quare
 apostolus monuit, et non recepit, ut separarentur? Ideo, ut Au-
 gustinus dicit, quia licita non cum tanto pondere sicut
 illicita prohiberi debent, apostolus monuit consilio cha-
 ritatis fidelem ab infideli non discedere. Quod videtur esse
 contra istud Dominicum preceptum: ne accipias uxorem
 filio tuo de filiabus alienigenis, ne ducat eum post deos
 alienos, et pereat anima eius; sed Dominus de coniun-
 gendis, apostolus de non coniugendis dixit.

Quidam alii dicunt, infidelibus etiam coniugium con-
 venire, quod his confirmant auctoritatibus Augustini.

Copulatio maris et femine in campo, generandi naturali
 bonum est nuptiarum; sed hoc bene male utitur, qui
 bestialiter utitur: illi autem bestialiter utuntur, qui
 voluptate libidinis, non voluptate prolis utuntur. Hoc
 tam evidens bonum cum infideles habeant, in peccato
 conveniunt, qui fideliter utuntur. Item de eorumdem
 coniugio: res coniugium peccata non coarctat, sed peccati
 peccata vincuntur. Et item: Suspicionem fidelis a infi-
 deli prohibuit apostolus cum consilio charitatis, ut non
 solum offensa non scandalizarentur, verum etiam, ne cum
 in aliena coniugia incidere, ibi adulterinis nexibus
 ligati difficile solverentur. Unde constat, ibi non fuisse
 adulterium, nisi receperet coniugium.

et non

Commune etiam fidelibus et infidelibus, probari potest per defi-
 nitionem coniugii, quam ponit Hieronymus: coniugium est consensus
 maris et femine individuatam vitam consuetudinem retinens, ~~et~~
~~individuatam~~ ~~concoquantem~~ ~~et~~ ~~carissimam~~ ~~et~~ ~~commissuram~~ ~~atque~~
~~prole~~ ~~vitalitatem~~. Non tamen coniugium et consensus idem
 est, sed consensus est causa coniugii, sicut dicitur: Dies est
 sol lucens super terram, non quod dies et sol sint idem,
 sed sol lucens est causa diei. Et quod consensus, non
 coitus coniugium faciat, testatur Ambrosius dicens:
 non deffloratio virginitatis, sed pactio conjugales coniu-
 gium facit.

Cui opponi potest, quod dicit Augustinus: illos non habere sacramentum Christi et ecclesie, inter quos prohibetur commixtio sexuum non fuisse. Sed Augustinus non coniugium, sed rem, id est, utilitatem coniugii, id est, individualiter communiendi et carnaliter commiscendi atque proli vitatione, ab eis removit. Unde eodem Augustinus: sacramenta communia sunt omnibus, res sacramenti solis fidelibus committitur.

Hinc opponi potest, quod dicit Augustinus: mulier non pertinet ad matrimonium, cum qua non subsequitur carnale commercium; sed ibi non coniugium, sed utilitatem negavit.

Merum opponitur, quod dicit auctoritas: non est perfectum coniugium, ubi deest carnale commercium. Ad quod dicitur, coniugium aliud perfectum, aliud imperfectum: perfectum, quod plura comitantur; imperfectum, quod pauca; et istud dicitur de perfecto. Propter quod attendendum est, quia multa coniugium comitantur, ut dispensatio, subanctio, consensus, virginitatis defloratio, fides, spes proli, sacramentum: quarum quaedam cause, quaedam effectus ipsius sunt: quaedam etiam necessarii sui cohererent, ut sine eis coniugium non sit; ut consensus: quaedam sic, ut licet absint, coniugium tamen manere possit; ut coitus.

quanto ergo plura vel pauciora de his comitantur, tanto perfectius vel imperfectius appellatur. Ille ergo qui dixit, non est perfectum coniugium, ubi deest carnale commercium, non negavit esse coniugium, sed perfectum, id est, omnia sua adiuncta habere; aliquid enim deest, id est, coitus. Rursus ille, qui dixit: matrimonium non facit coitus, sed voluntas; hoc significavit, quia coniugium potest esse sine coitu, non sine consensu, ipsum enim necessarius coheret, et non illud.

Consensus quoque per se videtur ad verum huiusmodi dicta sunt, non est coniugium, sed contubernium, vel adulterium, vel fornicatio, vel incestus, ubi mulier a parentibus non petitur, nec traditur, nec sponsatur, nec subanctatur, nec dotatur, nec a parvorum, his congruo tempore suscipitur, nec ieiunium nec castitas per viduum servatur, nec sacerdotali benedictione confirmatur. Sed hoc ad verum dicta sunt, unde in eodem Decreto subiungitur: nisi propria voluntas suffragaverit, et propria vota succurrerint.

Licitum est, coniugium commune esse omnibus, sed videamus, quibus licitum sit, et ut melius pateat, inspicimus, definitionem coniugii. Coniugium est consensus maris et femine individuali vitam consuetudinem retinens secundum decretum ecclesie. Hic autem decretum aulicis laqueis vitatur, quia mores et institutiones ecclesiarum variantur; consensus tamen unus est, scilicet habere voluntatem commanendi et carnaliter commiscendi. Potest etiam aliter describi secundum ecclesie statum: coniugium est legitimus maris et femine consensus s. Legitimus dicitur, qui fit inter legitimas personas. Legitimus vero personae sunt, quibus divina lex non prohibet contrahere coniugium inter se, et qui possunt contrahere.

Idcirco determinamus, qui possunt: quia si aliquis naturaliter frigidus uxorem duxerit, et post matrimonium fuerit, tactis sacrosanctis confirmare debet septima manu, se frigidum esse, et deinde separari ab uxore sua, et amplius manere sine coniuge; illa autem, si vult, nubere potest. Si vero postea cum aliqua rem habuisse comprobatus fuerit, cogetur ad priorem redire. quod totum testatur Gregorius in Registro.

Frigidi.

Item si quis maleficio impeditus non potest resolvere debitum uxori, minus ad quinque annos maneat cum ipsa, et ut respicit interim supis lacrymis orationibus vacet, ieiuniis et elemosynis Deo supplicet, etiam ut cum ipsa permaneat, a presbyteris admonendus est. Quod si non proderit, separentur, et alius coniuncti, quamvis maleficio cessaverit, ad se invicem redire non constingantur.

Videamus etiam, quibus non est licitum facere coniugium. Viri non licet ducere cognatum suam vel uxoris suae, vel comatrem, vel filiolarum, vel patris filiolarum, vel uxorem alterius, vel sanctimonialem. Nec monacho, nec presbytero, nec diacono licet facere nuptias, nec subdiacono secundum quosdam decreta.

NB. tempus scriptoris.

Omni autem licent sanctis patribus et plures habere uxores, et neptes suas. Sed cum veteri lege ducerentur cognati, cui modo prohibeatur, queri potest, ad quod dicimus, quia novum interdictionem fuit, et, propter multiplicandum populum Dei, qui adhuc paucus erat, concessum fuit, quia Deus tantum ab Israeliticis colebatur. Propter quod etiam per prophetam Esaiam non solum prohibuit ducere alienas, sed etiam avertit, ut dimittere pedem, ne ducerent eos, post deos suos, et perirent animi eorum. Cognatus autem ideo quoniam de uxoria tribu ducere iussit, ut tribus Iuda,

De qua Christus captivus erat, ab aliis disperseretur.
Sed quod Dominus a hominibus dimittere precepit, non est contra
apostolum, qui dicit, si infidelis vult esse cum fidelis, simul man-
neant; quia apostolus gentiles, qui contra Dei nomen con-
iuncti non erant, vocavit; Dominus vero Iudaeis precepit, et iu-
stum erat, ut dimittentur Des in bello, quas acceperunt ipso pro-
hibente. Modo autem cognatas ducere non est vere fornicum,
cum ex omnibus gentibus convellantur ad Christum; sed pro-
pter ditatundam charitatem decrevit ecclesia, ut unus-
quisque duceret alienam, et unam, quia non opus fuit,
ut plures essent.

Si quis ignoranter duxerit cognatam, coniugium dici potest,
et ignorantia excusante apud Deum non tenetur reus;
sed si propalatum fuerit, legitimo modo separantur, et
aliis, si voluerint, copulantur. Si quis de sponsa fuerit ali-
quam et duxerit in sua, etiam si non concubuerit cum
ea, non licet cognato suo accipere eam; si autem co-
njugaverit, et nendum in sua duxerit, irrita dispen-
satio est.

De hoc autem, quod unusquisque a sua vel ab uxoris cog-
nata inbetur separari, opponi potest illud Augustini; manet
inter coniugatos quoddam vinculum, quod nec separatio
localis, nec cum alio copulatio potest auferre, sicut anima
apostata etiam fide reddita sacramentum, quod accepit in
lavacro regenerationis, non potest amittere. Nos autem e-
contra dicimus, coniugium aliud solubile, aliud insolubile;
solubile aliud dispensatorium, aliud non. Solubile et dispen-
satorium, sicut illud, de quo dicit apostolus: si infidelis vult
esse cum fidelis, dicit quod maneat. Et item, si
quis orationis vel negotii causa ab uxore recedit, et tandem
moratur, ut quid de ipso factum sit nesciat, mulieri pro-
vitanda fornicatione alii nubere dispensatorie conceditur;
si vero prior postea revertatur, ad ipsum retrahenda est,
et si ille recusaverit, uterque in continentia permaneat.
quod autem dicit Augustinus: manet in coniugatos quod-
dam vinculum p. de insolubili dicit.

Si quis cum forore vel matre uxoris suae concubuerit, et
apertum fuerit, amplius sine omni usu mulieris in conti-
nentia permanere debet, et nec ipse uxore sua, cuius aut so-
rorem aut matrem inceperit, uti debet, nec ipsa alio,
sed utrique continentes permanere. Si autem occultum
fuerit scelus, et si ipse se accusaverit, non debet separari ab
uxore sua, non enim de occultis habet iudicari ecclesia. Si
tamen communi sensu fieri potest, bonum est illi, ut ab

omni copula carnali se abstinere, aut si mulier consen-
tisse noluerit, reddere debet debitum, sed invitus. Si vero
ille publice se prodiderit, vox eius funesta est, et nisi te-
gitimus testibus comprobaverit, non audietur.

Dicitur est, quod nulli liceat cognatum suum ducere; quod
intelligendum est usque ad sextum gradum, quod est septi-
ma generatio. Primum pater et mater radices sunt gene-
rationis, sed inter generationis non computantur gradus.
Deinde filius et filia prima generatio et fundamentum
graduum cognationis, sed non gradus. Deinde nepos et ne-
ptis primus gradus et secunda generatio. Deinde pronepos
et proneptis secundus gradus et tertia generatio. Deinde
abnepos et abneptis tertius gradus et quarta generatio.
Deinde adnepos et adneptis quartus gradus et quinta ge-
neratio. Deinde trinepos et trinepptis quintus gradus et
sexta generatio. Deinde trinepotis filii et trinepptis,
sextus gradus et septima generatio.

Post hanc generationem et hunc gradum licet mulieres
ducere, vel quia naturae detectio reperit, vel pro my-
sterio, quia in sexta etate omnia consummabuntur. Quod
tamen in quinto gradu quandoque pro dispensatione
et qualitate personarum conceditur.

Sed cum cognatorum coniugium separari debeat, non
sine duobus vel tribus testibus de eadem consanguini-
tate separari debet, qui hoc super sacrosancta iurando
primum confirmant, ut non privato odio, nec privata
amicitia, nec induci pretio falsam dicant; et iterum se-
cundo tactis sacrosanctis ita a patribus eorum consan-
quinitatem se accepisse retineant. Quod si dixerint
se nomina patrum ignorare, separatos iurare non pre-
cipiantur.

Diximus cognationem et causam solvendi coniugii. Sed quæri-
tur, cui Dominus solam fornicationem dixerit causam sol-
vendi coniugii? Ad quod dicitur, Dominum dixisse illud
de illo legitimo coniugio, quod nec cognatio nec servitus
nec idololatria impedit, quia fornicatio alia corporalis,
alia spiritualis. De qua spirituali Augustinus in libro de
sermone Domini in monte ait: Non tantum propter con-
cupiscentias Auzri cum alienis viris vel feminis separa-
tus vir ab uxore, sed pro qualibet concupiscentia, quæ
animam facit aberrare a lege Dei, veluti cum persuadetur
viro a muliere avaritia vel idololatria, quæ sunt forni-
cationes animæ, et alia huiusmodi, sicut ait Apostolus:

omnis iniquitas fornicatio est; et sicut mulier debet sibi cavere a fornicatione, ita et vir. unde Augustinus: nihil iniquius, quam dimittere uxorem causa fornicationis, cum et ipse maritus convincitur fornicari; inquit enim illud apostoli: in quo alterum iudicas, teipsum condemnas.

Sed cum fornicatio solvat coniugium, quaeritur, utrum procedens vel subsequens, vel utrumque? Procedens vero alia simplex, alia cum incestu. Procedens cum incestu solvit coniugium. Incestus dicitur, quando vis inest cognationis, vel e converso. Simplex procedens non solvit. Omnis autem subsequens solvit coniugium. In simplici autem fornicatione voluntaria potest fieri solutio, in incestuosa fit necessaria. Procedens incestuosa ita solvit coniugium, ut liceat utrique alius equalari: sed subsequens incestuosa ita, ut neutri liceat habere coniugem.

Adulteratam vero vivente adultero, legitimo viro mortuo, licet ducere. Sed opponitur, quod dicit Leo papa: non convenit Christianis religioni, ut ullus ducat in matrimonium, quam penis polluit per adulterium. Sed hoc ad ritum dicitur.

Rapina etiam non impedit coniugium. Sed Gregorius innotuit anathematizandos esse dicit, qui rapiunt puellas. Hoc autem ad ritum dicitur esse testatur Hieronymus, ponens tria legitima coniugia, scilicet virginem virginis dare; raptam raptoris, si consenserit, si non consenserit, pater potest eam auferre, et alii dote.

Votum et sanctitas non solvit coniugium, nisi fiat ex consensu communi, ut ait Augustinus: alienum votum non solvitur, sed temeritas corrigatur, item: Deus non exigit alienum, sed volat. Vir autem sibi est alienus, ut ait apostolus: vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, et e converso. Communis autem consensus solvit coniugium, ita tamen, ut fiat sub testimonio pastorum. Sed opponitur, quod dicit Dominus: quod Deus coniunxit, homo non separet. Homo autem non separet, sed Deus. In Evangelio dicitur: si quis dimiserit patrem vel matrem, fratres scilicet uxoremque: et seorsum unus coniugatorum relinquit mundum, ita et altere relinqueret debet; quomodo enim unum membrum de seculo excidet, et aliud in seculo remaneret?

Simplex fornicatio procedens non solvit coniugium, nec etiam fides pactio. Fidem pactio dicitur, quando a aliquo eo pacto dat fidem mulieri, eam sibi fore uxorem, vel ut pernam det ei, ut secum commiseri permittat; quae fides, pactio etiam vite vel corporis sanitati preferenda est. Si tamen

fidei consensus alteri potest dederit, quod irrevocabile est,
ipsam, cui fidem consensus dederit, retinere debet, et de
fide ractionis victula poenitentiam agere.

Infirmitas etiam non est causa solvendi coniugii. Unde
Augustinus in libro de sermone Domini in monte: si quis
uxorem habet sive sterilem, sive deformem corpore, sive de-
bilis membris, vel eadem, vel surdam, vel si quid aliud
sive morbo, doleribus, laboribusque confectam, et quid-
quid excepta fornicatione cogitari potest vehementer hor-
ribile, pro societate et fide sustineat.

Servitus etiam, nisi fiat contra voluntatem Dominorum,
vel solo, non impedit coniugium. Contra voluntatem
Dominorum non debet fieri, cum dicat apostolus: subditi
estote servi Dominis non tantum bonis et modestis, sed
etiam displicentibus. Dolus vero est, cum & servus dicens se
liberum liberam accipit: quod tunc coniugium, si illa
vult, fieri potest.

Dicitur est, adulteram posse reconciliari viro. Sed oppo-
nitur, quod dicit Hieronymus: iniquus et stultus est, qui
adulteram retinet. Hoc autem dicitur est de illa, quae
corrigi non potest. Item Hieronymus: rem novam loquar,
immo non novam sed veterem, et veteris testamenti
auctoritate comprobaram: mulier, quae dimisso viro transie-
rit ad alium, quam voluerit, reconciliari non potest.
Sed hoc ad terrorem dicitur est, vel ideo quia sub veteri
lege ita debeat fieri; et quod modo non ita debeat fieri,
testatur Augustinus dicens: quod tibi durum videtur, vel
mulier post adulterium viro non reconciliatur. Durum
non est, si fides ad sit. Cur enim de iustis adulteros,
quos baptisate ablutos, vel poenitentia purgatos esse
credimus? Hoc crimina sub veteri lege nullis sacrificiis
mundabantur, quae in novo testamento in sanguine Christi sine
dubitatione purgantur: et ideo omnino tunc prohibitum erat, ab
contaminatum vire recipere uxorem, quamvis David laut
filiam, quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederat
alteri viro, tanquam novi testamenti perfignator sine con-
tatione receperit. Nunc autem postquam Christus ait ad-
ulteros: nec ego te condemnabo, donec non veli peccare; quis non
intelligat, debere ignorare maritum, qui vidit ignorasse
Dominum amboarum? et cur maritus dicat, adultera? cum
hoc Dominus amboarum non dixerit?

Item quod non possit reconciliari, videtur ad struere Innocentius

papa dicens: Quod spiritualiter Christo nubunt, et a sacerdote
velantur, si palam nupsent, vel clanculo corrupto fuerint,
Dico eas ad poenitentiam non permittendas, quamdiu ille,
cui se iunxerant, in hac vita manet. Et cum in secularibus con-
iugiis adultera ad poenitentiam admittenda non sit, donec alter
in hac vita permanferit; quanto magis constat de illis,
quae immortali sponso coniunctae sunt. Sed hoc ad ri-
gorem dictum est, velita determinatur: ad poenitentiam
non admittatur publicam; vel donec alter, id est, adulter
in hac vita, id est, in hac conversatione permanferit.

13.
¶ Si aliqua in claustris in habitu religioso tem pore vixerit,
et votum etiam castitatis fecerit, nec tamen a sacerdote
consecrata fuerit, si ad seculares nuptias postea transire
voluerit, prohiberi quidem debet: si autem nupsent, solvi
non debet, et facta poenitentia de voto fracto; aut etiam
si non fructum fecit, quia spe voti Christum tenere videbatur,
in coniugio salvari potest. Si

similiter viduas si votum castitatis fecerit, et tamen a manu
sacerdotis consecrata non fuerit, debet prohiberi, ne nubat;
sed si nupsent, non solvetur, et per poenitentiam similiter
salvari potest. Si autem consecrata fuerit sive hoc sive illo,
nubere non potest, et si nupsent, revocari debet.

Si quis occulte uxorem duxerit, et postea neque velit,
cogi non potest, quia testes legitimi non aderunt, quin
et hanc dimittat, et aliam ducat; sed tamen, qui discepe-
rit, apud Deum reus est adulteri.

Sicut carnaliter inter cognatos coniugium contrahi pro-
hibetur, sic etiam inter spiritualiter cognatos. Non enim
licet alicui spiritualiter filiam ducere uxorem, neque filiolam
patris sui, neque commatrem.

Si aliquis propter filium a fonte levaverit, cum omni-
no ab uxore suo separandum Ioannes papa dicit. Quod si
ad hoc necessitate inducatur, separandum non est; si autem
propter negligentiam aut huiusmodi causam aliquam
fuerit, amplius neque uxore sua, neque alii uti potest, sed
utrique continentis esse debent.

14.
Initialis littera manifesta
in codice suspicari potest,
an sequentia non alterius esse
sint auctoris, licet sint
eiusdem manus.

Lucia pueris quodam diebus posita sunt, quod ad terro-
rem esse dicta offendimus, et solubilia esse, notandum est, nunc,
quod in istudis ecclesie iusticia utilis est, ad mones, ut, si quis, perfectus

esse, unde et vende omnia quae habes, et da pauperibus, non enim praecipit, sed consilium dat. et tunc est indulgens, ut: unusquisque habeat uxorem propter fornicationem; hoc conceditur causa fornicationis vitandae: alia est praecipiens, ut: honora patrem et matrem; quae duplex est, alia solubilis, ut: omne quod in mucello venit, comedite, quod postea aliquando solutum est, ne infirmi scandalo laerentur alia insolubilis, ut: honora patrem tuum. alia prohibens, ut: non occides; quae similiter duplex est, solubilis, ut: nullus sacerdos post lapsum carnis ad altare accedat; insolubilis, ut: non occides. Quae autem solvuntur, vel propter personam solvuntur, sicut prohibitum est, ne aliquis in non legitimo concubitu natus ad episcopatum promoveatur, quod propter personae religionem aliquando solvitur: vel propter tempus, sicut a apostolo praecipitur, ne aliquis promoveatur in sacerdotium non castus, prudensque, quod hoc tempore solvitur, quia nulli vel paucissimi tales invenirentur. Alia propter locum solvuntur; omnia autem propter ecclesiae utilitatem, propter quam et omnia data sunt.

113

Non solvere coniugium praecipitur, sed non est insolubile mandatum; quia Moyses solvit propter Iudaeorum duritiam, et poterant solvari illi separati, etiam adherentes aliis.

Similiter consanguinitas solvit; si enim uterque, unus ignoravit, neque rescriptum fuit, coniugium ratum erat, quod tamen dissolvit manifesta consanguinitas.

Ad hunc modum forsitan ostendi potest, quod si sacerdos, post ordinem et votum contrahit coniugium, solvitur, quod tamen est, per contrarium, et quia continentia est illi ordini adiuncta secundum ecclesiae statum. Sacerdotium enim coniugium non videtur auferre, cum quidam sacerdotes legitimas habeant uxores; sed ecclesiastica institutio et statum, prohibet; non enim est contra legem naturae, sed violat legem benevolentiae, quae tendit ad profectum ecclesiae; sicut coniugium inter cognatos non est contra legem naturae, sed recepta institutionis ecclesiae.

Causa coniugii debet esse proles, seu incontinentia vel vitatio fornicationis; actus enim incontinentiae in se natus est et damnatus, sed in coniugatis excusatur, per sacramentum, quod est remedium coniugii. Qui vero casu solius voluptatis explenda conveniant, coniuges non sunt secundum Augustinum, qui ait in libro de conjugali

et concupiscentia; si ambo tales sunt, coniuges non sunt,
et si ab initio tales fuerunt, non propter concubinum,
sed propter stuprum convenerunt. Si non ambo tales sunt,
autem ducere aut illa est quodammodo metrice mariti,
aut ille est ad altera mariti. Videtur autem nobis, quod si
penitentes in intentionem postea mutaverint, tunc incipiunt
habere rem coniugii, sicut etiam facti baptizati, quando
convenerunt.

Cum aliquis foras ducat liberam uxorem, nec dicit se esse
secum cum sciat, et illa ignorata sit, nec inquirat, utrum
datus debeat appellari, et coniugium dicitur? Est utique
datus, quia sciens coniungit se alteri conditioni; nec ta-
men coniugium solvendum est.

Fides, in dote coniugii quandoque coniugium solvit. Cum
itaque sit duplex, quod solvat vel non solvat coniu-
gium videndum est. Duobus modis enim dicitur fides,
fides ractionis, fides consensus. Si aliquis alicui mu-
lieri fidem ractionis fecerit, non debet aliam ducere.
Si autem contingat ducere, penitentiam agat de fide
violata, et maneat cum illa, quam duxit, non enim
sciendi debet tantum sacramentum. Si autem fidem
consensus fecerit, non licet aliam ducere, si autem du-
xerit, dimittet eam, et adhaerebit priori uxori.

Frigiditas etiam in his, qui inter se non possunt convenire,
patitur separationem, si nunquam convenerunt,
et alius patitur nuptias.

Hucusque
sequuntur alia.

Auctoritate illi Patrum testante claves
ecclesie sunt scientia et potestas. Scientia
scilicet, qua discernitur, qui sint in ecclesiam
intromittendi vel excludendi: quod est, in-
cedat consecrationem, ipsa tamen conceditur
in usum exercitum in ipsa consecratione.

Potestas autem dicitur, qua pastores eum, si
reperiunt electos suscipere, reprobos ab-
eere: quantum clavium neutra sine altera
probatum valere.

Sane claves ipse a Christo sumserunt exordium
dicente ad Petrum: quodcumque ligaveris
super terram, erit ligatum et in caelis. A
Petro autem ad Clementem Christo largiente
per venerunt, cum diceret: Trade tibi Do-
mino mihi traditam potestatem ligandi at-
que solvendi, ut de omnibus, de quibuscumque
decreveris in terris, hoc decretum sit et in
caelis, ubi vero Clementi hoc dixit, in Cle-
mente successoribus Clementis hoc dixit, sicut
in Secretis dictum est. B. Petrus perennem
meritorum datem cum hereditate inno-
centie transmissit ad posterum.

A Romanis ergo pontificibus, curam Petri
claves et curam pastoralem habent, qui-
cumque habent. Primi vero, ad quos deri-
vata est, pontifices sunt, a pontificibus
vero ad sacerdotes usque descendit. Neque
putandum, quod ubi sacerdotes consecran-
tur, claves et curam pastoralem accipiant
omnes. Sacerdotes enim sunt, qui populi
presunt, qui scilicet divina tantum pera-
gunt sacramenta, nulla sibi sunt congre-
gatione populi commissa. Ideo enim in
quodam concilio dictum est: quisquis pres-
byter plebem regit, clericum habeat secura.
Quod non diceretur, nisi episcopi aliqui non
regentes. Alioquin monachi, cum presby-
teri ordinantur, a quibus plebibus pre-
ficiuntur. Immo sacra auctoritas parochias
regere monachos interdicit. Dicit enim B.
Hieronymus contra Vigilantium: monachus
non doctoris habet officium sed plangentis,
qui se vel mundum lugeat, et Domini
avidus, pro stultis adventum. Sacerdotum

autem, qui libram requirit, officium est docere;
quod sicut B. Gregorius dicit, sacerdos si pre-
dicationis est ne sciens, quam vocem daturus est
modo mutus? unde et tintinnabula aurea
in sacerdotibus vestibus ponuntur; scilicet
ut sicut sine sonitu tintinnabulorum non po-
test sacerdos accedere, ita sine sonitu predi-
cationis non debet vivere. Hieronymus etiam
dicit: absit, ut quidquam sine precibus loquar, qui
Apostolorum gradui succedentes Christi corpus
sacro ore conficiunt, per quos etiam nos Chri-
stiani sumus, qui regni caelorum claves haben-
tes quodammodo ante diem iudicii iudicant,
qui sponsam Christi sobria castitate custodiunt.
Alia est monachi causa, alia clericorum.
Clerici oves, oves sunt, ego pastor: illi se al-
tario vivunt, mihi quasi infructuosae at-
tari securis ad radicem ponitur, si minus ad
altare non deferat. Hoc itaque differentia cle-
ricorum et monachorum ecclesia Dei pas-
cere et regere, ligare et solvere monachis
concedit: qui tamen per episcopos pastores
ecclesiae possunt constitui.

Qui vero plebibus praeficiuntur, non permixto
atque confuso quilibet quibuslibet versantur,
sed singuli singulis. Porro quales debeant esse,
quibus committuntur claves ecclesiae, offen-
dit Dominus, cum dicit: qui sine peccato est,
mittat in eam lapidem, et: hypocrita eice
primum trabem de oculo tuo.

Qui vero sunt in ecclesiam intromittendi,
ostendit Petrus dicens: poenitentiam agite
et baptizetur unusquisque vestrum in no-
mine Domini in remissionem peccatorum, et
accipietis donum Spiritus sancti. In quibus
verbis notatur veteris vite expoliatio, ut
nova induatur, sic enim impletur: nolite
sanctum dare canibus. Sicut ergo poenitentes
in ecclesiam sunt per baptismum intromittendi,
ita baptizati pro suis criminibus a corpore
ecclesiae procipli non sunt ecclesiae reconci-
liandi, nisi digne poenitentes. Cuius rei formam

in Lazaro intelligimus, quem cum Dominus
 vivo restitueret, ipsum virum. Discipulos sol-
 vere iussit, qui si mortuum solverent, soluto
 nihil salutis conferrent, sed potius horum
 factorem de ipso diffunderent. quis ergo an-
 themato ligatus, per claves sit solvendus, in
 Lazaro manifeste colligitur, ubi per poeni-
 tentiam vivificatus solvi dignus compro-
 batur.

Quales autem sint excommunicandi, osten-
 dit Augustinus in libro de poenitentia di-
 cens: plerique boni propterea tacent et suffe-
 runt peccata, quod noverunt, quia documentis
 se se deseruntur, et ea, quae ipsi sciunt, iudiciis
 ecclesiasticis, probare non possunt. Quamvis e-
 nim vera sint quaedam, tamen iudicia non
 facile edenda sunt, nisi cunctis iudiciis de-
 monstrantur. Nos vero a communione
 quemquam prohibere non possumus, quam-
 vis hoc prohibitio nondum sit morta-
 lis sed medicinalis, nisi aut sponte confessum,
 aut aliquo sive seculari sive ecclesiastico
 iudicio nominatum et convictum. Quis
 enim utrumque audeat sibi assumere, ut
 cuiquam ipse sit accusator et iudex?
 Non enim temere aut quo libet modo, sed
 per iudicium auferendi sunt mala a com-
 munionem ecclesiae, et si per iudicium auferri
 non possunt, tolerentur potius, ne per-
 verse malos evitando aliquis ab ecclesia
 discedens eos, quos fugit, ipse peccat ad
 gehennam. Noluit autem Dominus homi-
 nem ab homine iudicari non arbitrio
 suspensionis, sed potius ecclesiastico ordine
 ultro confessum, sive accusatum et con-
 victum. Unde apostolus: si quis frater
 nominatur fornicator, aut idolis serviens, p-
 cam nominationem intelligi volens, quod
 sit, cum in quemquam sententia iudicarii
 ordinis integritate profertur.

Si quis vero indigno ligati, non nocet ex-
 communicatio. Unde Augustinus: illud
 plane non temere dixerim, quia si

quisquam fidelium fuerit excommunicatus, nisi qui iudicario ordine personaliter nominatus, et legitime, scilicet per accusatores discepta causa, satis canonicis iudiciis, testibus de numero et qualitate exploratis, et tertia oratione facta, sententia sine ullo lucro vel odio scripta prolata, similiter et fautor excommunicandi non est respuendus, donec similiter legitimo ordine personaliter nominetur.

Notandum tamen, quod iniuste excommunicatus humiliter debet excusationem offerre.

Quod si per superbiam neglexerit, se ipsum excommunicationi supponit. Unde Gregorius: sententia pastoris sive iusta sive iniusta munda est. Nota etiam, cum sponte confessus vel convictus sit damnandus, qui eadem sententia, qui se iudicio absentaverit, censetur sciendus.

Qua intentione excommunicatio debet fieri, ostendit Augustinus in libro de sermone et operibus dicens: quo animo et qua charitate misericors ista severitas adhibenda sit, non solum eo loco a apostolo, ubi ait, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi, sed et a tibi quoque evidenter ostendit dicens: si quis non obaudit verbo nostro per epistolam hunc notate, et nolite commiseri cum eo, ut erubescat, et non ut inimicam existimetis, sed corripite ut fratrem.

Diligenti autem examine perquirendum est pastoribus ecclesie, quando dignos excommunicatione procedant ab ecclesiastica unione, ne tum faciant, cum amplius perturbatus pax ecclesie. Augustinus in predicto: sicut enim infirmitatis diversitas admonet eorum, quos utique non persequendos sed corrigendos curandosque suscepimus, et aliis sic, aliis autem sic sanandus est; ita est etiam ratio dissimulandi et tolerandi malos in ecclesia, et est in super

117

ratio castigandi, corrigendi, non admet-
tendi, vel a communione removendi.
Errant autem homines non servando modum,
et cum in unam partem, revolvitur ire
ceperint, non perspicunt divini auctori-
tatis alia testimonia, quibus respicit ab
illa intentione revocari, et in ea, quae ubi-
que temperata est veritate ac moderatio-
ne, consistere. Idem: quidam invidentes
procepta severitatis, quibus admonemus
corripere iniquos, non sine sanctum cani-
bus, ut ethnicum habere ecclesiam contem-
torem, a compage corporis membrum, quod
scandalizabit, avellere, ita perturbant ecclesiam
pacem, ut conentur ante tempus separare
Lithania, atque hoc errore educti ipsi se-
tuis a Christi unitate separantur. Idem:
Nos ad sanam doctrinam pertinere arbi-
tramus, ex utriusque testimonio ita senten-
tiam moderari, ut et canes in ecclesia propter
pacem ecclesiam toleremus, et canibus san-
ctum, ubi pax ecclesiae tutela est, non domus.
Cum ergo sive per negligentiam proso-
pitorum, sive per aliquam excusabilem
necessitatem, sive per occultas obreptiones
invenimus in ecclesia malos, quos eccle-
siastica disciplina corrigere aut coercere
non possumus, tunc ne ascendat in cor
nostrum impia et perniciose presumptio,
qua opinemur nos ab his esse separandos,
ut peccatis eorum non inquinemur, atque
ita post nos trahere conentur, veluti mun-
dos sanctosque Discipulos ab unitatis com-
paga, quasi a malorum consortio segre-
gatos, veniant in mentem illo de scripturis
similitudines et divina oracula, vel certissima
exempla, quibus demonstratum et pro-
nuntiatum est, malos in ecclesia, et mixtos
bonis usque in finem saeculi tempusque vi-
dicium futuros, et nihil bonis in unitate et
participatione sacramentorum, qui eorum
factis non consenserunt, obfuturos.
Cum vero eis, eos quos ecclesia requirit, ad off-
pax salva potestas disciplina aduersus

improbos aut nefarios excoꝛdando, tunc rur-
sus, ne foveꝛia sequitꝛque formidamus,
aliis oculis deulioꝛ, quod a se
vita severitate coꝛrectionis in viam Do-
mini ex utroque testimonio ille ducit atque
adverteꝛe dirigentes, nec patientiꝛ nomine
torrescamus, nec obtentu Diligentis se-
viamus. Item: ne quis ea testimonia
Scripturarum, que commixtionem bonorum
et malorum in ecclesia vel pꝛesentem indi-
cant, vel futuram pꝛonuntiant, sic accipiat,
ut disciplina severitatem sive Diligenti-
am solvendum omnimodo atque amitten-
dam non illis edoctus litteris sed opina-
tione sua deceptus existimet. Neque e-
nim, quia illam primi populi permix-
tionem Moyses Dei famulus patientissi-
me perfererat, ideo non in multos qꝛuod etiam
gladio vindicavit, et Phinees sacerdos
a Jetheris similes incolas ferro ut hinc fi-
xit, quod utique de Degradationibus et
excommunicationibus significatum est. Ne
faciendum hoc tempore, cum in ecclesia dis-
ciplina visibilis fuerit gladio consaratus.
Neque quia beatus Apostolus, inter falsos
fratres tolerantissime congemiscit, et
quosdam etiam Diabolicis invidentiꝛ stimu-
lis agitatoꝛ, Christum tamen predicare
permittit, ideo parrendum consuit illi,
qui uxorem patris sui habuit, quem pꝛae-
cipit congregata ecclesia tradendum Satana
in interitum carnis, ut spiritus sal-
vus sit in die Domini: aut ideo ipse
alios non tradidit Satana, ut discerent
non blasphemare, aut frustra dicit: Scripsi
vobis in epistola, non commiseri forni-
cariis, non utique fornicariis huius mundi,
aut avaris, aut raptoribus, aut idolis ser-
vientibus; alioquin debueratis de hoc mundo
exire. Nunc autem scripsi vobis, non com-
miseri: si quis fratres nominatus aut

fornicator, aut idola serviens, aut avarus
aut maledicus, aut ebrius, aut rapax,
cum huiusmodi nec cibum quidem simul
sumere.

considerandum etiam, quod S. Petrus non-
dum natos excommunicaverint, id est, di-
gnos excommunicatione iudicaverint.


Cum ergo excommunicationes, ut dictum
est, agende sint, insubdientium revocatio-
nes precipimus evangelica traditione, ut
ipsas precedant occulte correptiones, quae
similiter sunt revocationes. Unde dictum est:

si peccaverit in te frater p. Quid non
est contrarium Apostolo dicenti: peccan-
tes coram omnibus argue, ut ceteri timeam
habeant. ubi discernere debemus ali-
quando secreto corrigendum, aliquando
coram omnibus: nam corrigenda sunt co-
ram omnibus, quae peccantur coram omni-
bus, ista corrigenda sunt secretius, quae
secretius peccantur. Augustinus: quid est,
in te peccavit? tu scis quia peccavit,
quia enim secretum fuit, quando in te
peccavit, secretum quare, cum corrigis quod
peccavit. Nam si solus nosse quis pecca-
vit in te, et eum vis coram omnibus ar-
guere, non es corrector, sed proditor.

Attende, quemadmodum iustus Joseph tanto
flagitio, quod de uxore fuerat suspicatus,
tanta benignitate pepercit, antequam illa
conceperet, quam gravidam senserat, et se
ad illam non accepisse noverat. Restabat
igitur certa adulterii suspicio, et tamen,
quia ipse solus senserat, ille sciebat, quid
de illo ait Evangelium? Joseph autem
cum esset iustus, et nollet eam traducere,
voluit eam occulte dimittere.



119. 2l. 37 x 22,5 cm



119. 2. 37 x 22,5 cm